

Universitätsbibliothek Wuppertal

C. Cornelii Taciti Opera Qvæ Exstant

Tacitus, Cornelius

Antverpiae, 1668

Liber XII

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-1742](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-1742)

A
C. CORNELII TACITI
AB EXCESSV DIVI AVGVSTI
ANNALIVM LIBER XII.
BREVIARIVM LIBRI.

B **L**AVDIVS de matrimonio deliberat : & Agrippina alijs prafertur, Germanici fratris eius filia. Eæ nuptiæ decreto Senatus firmatæ, & legitime habitæ. L. Silanus mortem sibi consciscit, Claudij gener. Annaeus Seneca ab exsilio redit. Octavia Claudij filia Neroni desponsa. Parthi regem Româ petunt Meherdatem : qui prælio congressus à Gotarze vincitur. Mithridates Ponti regnum recipere tendit irrito conatu. Victus Romam tandem perducitur. Lollia inlustris femina Agrippinae artibus damnata. Claudius pomerium Urbis profert : & qui ante eum protulerint. Nero Domitius à Claudio adoptatur. Colonia in Vbios deducta. Catti latrocinia agitantibus vincuntur. Vannius Sueuorum rex, pellitur regno. P. Ostorij in Britannia res, & de Caractaco rege victoria. Britannicus Agrippinae fraudibus Neroni posthabetur, & fidelissimi comitum paullatim ab eo remouentur. Prodigia aliquot, & Romæ annonæ caritas. Bellum inter Armenios & Hiberos : cui Parthi & Romani quoque miscentur. Furius Scribonianus relegatus. S. C. Claudianum de feminis quæ seruo succumberent. Motus aliquis in Iudæâ inter incolas & Romanos milites. Claudius lacum Fucinum emisit, & nauale spectaculum præbuit. Procuratorum in provincijs auctoritas ab eodem stabilita. Cois immunitas concessa. Byzantijs tributum ad tempus remissum. Lepida ad mortem agitur. Claudius denique veneno non obscure ab uxore tollitur. Nero primordia imperij capit. Gesta hæc annis sex,

C. POMPEIO. Q. VERANNIO.

C. ANTISTIO. M. SVILIO RVFO

TI. CLAVDIO. V. SER. CORNELIO ORFITO

P. CORNELIO SVLLA. L. SALVIO OTHONE COSS.

D. IVNIO SILANO. Q. HATERIO

M. ASINIO MARCELLO. M. ACILIO AVIOLA

D **Æ** DE Messallinæ conuulsa Principis domus, orto apud libertos certamine, quis diligeret uxorem Claudio cælibi vitæ intonanti, & coniugum imperijs obnoxio. Nec minore ambitu feminæ exarserant, suam quæque nobilitatem, formam, opes, contendere, ac digna tanto matrimonio ostentare. Sed maximè ambigebatur inter Lolliam Paullinam, ² M. Lollij consularis filiam, & Iuliam Agrippinam Germanico genitam. huic Pallas, illi Callistus, fautores aderant. at Ælia Petina è familiâ Tuberonum, Narcisso fouebatur.

Ipsè modò huc, modò illuc, vt quemque suadentium audierat promptus, discordantes in concilium vocat, ac promere sententiam, & adijcere rationes iubet. Narcissus vetus matrimonium, familiam communem (nam Antonia ex Petina erat) nihil in penatibus eius nouum differebat, si sueta coniunx rediret, haut quaquam nouercalibus odijs visura Britannicum & Octauiam, proxima suis pignora. Callistus improbatam longo dissidio, ac si rursus assumeretur, eo ipso superbam, longèque rectiùs Lolliam induci, quando nullos liberos genuisset, vacuam æmulatione, & priuignis parentis loco futuram. At Pallas id maximè in Agrippinâ laudare, quod Germanici nepotem secum traheret dignum prorsus imperatoriâ fortunâ, stirpem nobilem, & familiæ

Cap. 1.

Claudius uxorem quærit: Uxores ipsum.

Liberti alij aliam commendant.

Cap. 2.

Æliam, Narcissus:

Lolliam, Callistus:

Agrippinâ, Pallas.

Cap. 3.

Et hic vincit: insinuat se etiam Agrippinā.

In Silanum dolus struitur.

Cap. 4.

Administratio Vitellio.

Qui Senatum pellit: Claudius à sperata sua abiungit.

Cap. 5.

A. V. C. DCCCII.

Agrippinam ipse habet, nondum ducit. Idq; infamia metu Vitellius rem perficit.

liæ Claudiae, quæ posteros coniungeret, ne femina experta fecunditatis, integrâ iuventâ, claritudinem Cæsaris aliam in domum ferret. Præualuere hæc adiuta Agrippinæ illecebris. Quæ ad eum per speciem necessitudinis crebrò ventitando pellicit patrum, ut prælata ceteris, & nondum vxor, potentiâ vxoriâ iam vteretur. Nam vbi sui matrimonij certa fuit, struere maiora, nuptiasque Domitij, quem ex Gn. Ænobarbo genuerat, & Octaviæ Cæsaris filiae moliri: quod sine scelere perpetrari non poterat, quia L. Silano desponderat Octaviam Cæsaris. ⁴ iuuenemque & alia clarum, insigni triumphalium, & gladiatorij muneris magnificentiâ, protulerat ad studia vulgi. Sed nihil arduum videbatur in animo Principis, cui non iudicium, non odium erat, nisi indita & iussa. Igitur Vitellius nomine Censoris, ⁶ serviles fallacias obtegens, ingruentiumque dominationum prouisor, quò gratiam Agrippinæ pararet, consilijs eius implicari, ferre crimina in Silanum, cui sanè decora & procax soror Iunia Caluina haut multum antè Vitellij nurus fuerat. hinc initium accusationis, ⁷ fratrisque non incestum, sed incustoditum amorem ad infamiam traxit. & præbebat Cæsar aures, accipiendis aduersum generum suspicionibus caritate filiae promptior. At Silanus insidiarum nescius, ac fortè eo anno prætor, repente per edictum Vitellij ordine senatorio mouetur, quamquam lecto pridem Senatu, lustroque condito. simul affinitatem Claudius diremit. adactusque Silanus eiurare magistratum, & reliquis præturæ dies in Eprium Marcellum collatus est.

C. Pompeio, Q. Verennio Coss. pactum inter Claudium & Agrippinam matrimonium. ⁸ Iam famâ, iam amore illicito firmabatur, nec dum celebrare sollennia nuptiarum audebant, nullo exemplo deductâ in domum patrum, fratris filia. ⁹ Quin & incestum, ac si sperneretur, ne in malum publicum erumperet, metuebatur. Nec antè omissa contatio, quàm Vitellius suis artibus id perpetrandum sumsit. Percontatusque Cæsarem,

COMMENTARIUS.

1.



ÆLIBI VITÆ INTONANTI.] In manuscriptis quibusdam, cælibis: & vellet Pichena, cælibis vitæ intoleranti. Illud vulgatum, nescio quo modo, mihi pro moribus & sermone Claudij videtur.

2. M. LOLLII CONSULARIS FILIAM.] Non prisca illius Lollij, qui moderator C. Cæsari datus, ne erres. sed filij eius. qui tamen quando consul fuerit, ignoro. Tempora suadent, & clarissimè Plinius l. IX. c. XXXV. qui hanc Lolliam Paulinam neptem illius Lollij appellat.

3. ET FAMILIÆ CLAUDIÆ.] Expediri sententia potest: tamen maucim scribi, & familiæ Claudiae. quin posteros coniungeret. ut quasi hortantis ea sint liberti.

4. IUVENEMQUE ET ALIA CLARVM.] Ita diseritè Vatic. vereq;. Transmarina forma sermonis est, νεανίσκον τὰ τ' ἄλλα λαμπρόν, crebrumq;, apud Latinos, Homo cetera bonus, & similia: in Agellio, Homo pleraque non indiligens.

5. NISI INDITA ET IVSSA.] Muretus, indita.

6. SERVILES FALLACIAS OBTEGENS.] Dubitavi ne prisco verbo scrib. serviles pellacias. Apud Lucretium scriptum.

Subdola cum ridet placidi pellacia ponti. & conuenientior huic sententiæ visa ea vox. Non enim tam fraudes erant, quàm adulationes humiles & demisse ad pelliciendam parandamq; gratiam Agrippinæ; ut addit noster.

7. FRATRISQUE NON INCESTVM.] Vatic. fratrumque. quod probo. In reliquâ scripturâ pendeo animi. Vulgatam si ferimus: sententiam esse volo, Tractum in crimen esse non amorem incestum inter fratrem sororemq;, sed tantum incustoditum. id est, amorem parum cautum circumspectumq;, & qui sine crimine, rapi tamen in crimen potuerit: Simillimum illud Plinij è l. VI. epistolar. Tuitus sum Iulium Bassum, ut incustoditum nimis & incautum, ita minimè malum. Siquid mutandum, legerem, incustoditum sermonem. E Senecâ cerè clarum non aliud verè obiectum huic Silano, quàm verba aduersus sororem nuptialia, & parum cauta. At in Ludo de morte Claudij: Qui, quantum quidem in ipso fuit, damnatum incesti L. Silanum generum suum occidit. Oro propter quid? Sororem suam festiuissimam omnium puellarum, quam omnes Venerem vocarent, maluit Iunonem vocare. ita enim restitui eum locum nuper.

8. IAM FAMA.] Distingunt libri mei, matrimonium, iam famâ. Et rectè. quoniam ante istos consules matrimonium pactum. Suprà enim scriptum: quæ postquam matrimonij sui certa fuit. Statim etiam è Farnesi: scripseris, deductæ in domum patrum fratris filiae.

9. QVIN ET INCESTVM.] Sententiam loci censeo: Fruebantur quidem matrimonij bonis Claudius & Agrippina: at non securi. quia & incestum subesse videbatur, nondum firmatis eiusmodi nuptijs; & periculum ne populus, ab exemplo, passim vsurparet, publicè malo.

10. CI-

A Caesarem, an iussis populi, an auctoritati senatus cederet? ubi ille unum se¹⁰ civium & consensui imparem respondit, opperiri intra palatium iubet. ipse curiam ingreditur, ¹¹ summamque Reip. agi obtestans, veniam dicendi ante alios exposcit, orditurque. Grauiissimos Principis labores, quis orbem terra capeffat, egere admniculis, ut domesticam curam vacuus, in commune consulat. quod porro honestius censoriae mentis leuamē, quam assumere coniugem prosperis dubijsque sociam? cui cogitationes intimas, cui paruos liberos tradat; non luxui aut voluptatibus assuefactus, sed qui primam ab iuuentu legibus obtemperauisset. Postquam haec fauorabili oratione praemisit, multa; patrum assentatio sequebatur; capto rursus initio, Quando maritandum Principem cuncti suaderent, diligi oportere feminam nobilitate puerperijs, sanctimoniā insignem. Nec diu inquirendum, quin Agrippina claritudine generis anteiret. datum ab ea fecunditatis experimentum, & congruere artes honestas. Id verò egregium, quod prouisu Deum¹² Vidua iungeretur Principi, sua tantum matrimonia experto. audiuisse à parentibus,¹³ vidisse ipsos, arripi coniuges ad libita Caesarum: procul id à presenti modestia. Statuere-

Cap. 6.
Senatu ad-
iuuante.

B tur imò¹⁴ documentum, quo uxorem Imperator acciperet. At enim noua nobis in fratrum filias coniugia, sed alijs gentibus sollennia, nec lege ullā prohibita. Et¹⁵ sobrinarum diu ignorata,¹⁶ tempore addito percrebuisse: morem accommodari prout conducatur, & fore hoc quoque in his quae mox usurpentur. Haut defuere qui certatim, si contaretur Caesar, vi acturos testificantes, erumperent curiam. Conglobatur promiscua multitudo, populūque Romanum eadem rogare clamitat. Nec Claudius ultra expectato, obuium apud forum praebet se gratantibus. Senatumque ingressus¹⁷ decretum postulat, quo iustae inter pa-

Cap. 7.
Et vulgus
mox in par-
tibus.
Ita lex lata
pro incesto.

TIUOS

10. CIVIUM ET CONSENSUI.] Delenda copula. vel, quod verius, addenda vox scriptori elapsa, ciuium, & S. consensui. id est, Senatus. Ita respondebit Claudi oratio, Vitelliana. Tamen aliquis cepit (aut iam cepit) quasi esset, Vnum se ciuium, & consensui imparem: quod ego non probem, nec certe Princeps vnus e vulgo ciuium est: non.

11. SUMMAMQUE REIP. AGI.] Scribo, summamque Republicam.

12. VIDUA IUNGERETUR.] Vidua Agrippina mortuo, sub initia imperij Claudiani, Crispo Passieno, cui post Domitium nupserrat. Plinius libro XVI. Arborem mori eximiam aetate nostra adamauit Passienus Crispus bis consul, orator, Agrippinae matrimonio & Nerone priuigno clarus, Sueton. Nerone: Verum Claudio imperium adepto, non solum paternas opes recuperauit, sed & Crispi Passieni vitrici sui hereditate ditatus est. Tamen idem ille Passienus antea maritus Domitia sororis Aenobarbi. Quod ex Quinctiliano colligas lib. VI. cap. II. Apud Senecam de hoc eodem lib. IV. Natur.

D Quasi initio: Crispus Passienus, quo ego nil noui acutius in omnibus rebus, maxime in distinguendis (omnino scrib. distingendis) & curandis vitijs, saepe dicebat: Adulationi opus esse non claudere ostium, sed aperire, & quidem sic quemadmodum amice solet. que si impulit, grata est: gratior, si effregit. Iterum scribe, sed operire. id est, leuiter obducere, opponere ostium: ne pereat dicto sua Venus. Pluscula etiam in EXCURS. A. vide.

13. VIDISSE IPSOS.] Principe Caio.

14. DOCUMENTUM, QVO UXOREM.] Nugax oratio. quid enim? non antea Imperatoribus semper uxor? semper. Quid ergo opus ei rei documento? Tu corrige, quomodo uxorem. Id enim vult adulator homo, prodendum esse posteris exemplum, ut Imperator uxorem Senatu suafore & auctore capiat.

15. SOBRINARVM.] Sobrinas appellat: tamen palam est, intellegi debere de Consobrinis. Quis enim hoc censeat, eos quos proprie Sobrinos, legum auctores appellant, arceri inter se nuptijs? numquam factum. Sed veteres haec miscebant, vocularum haud equè curiosi captatores. In Glossis praescis legas, Ανεψιος, Consobrinus, Sobrinus. Alibi: Ουια ανεψος, Consobrina. Et: Εξεδελος, εν δυο αδελφον ενλειον, Consobrinus. Quid, quod Velleius simili libertate, Consobrinum Ti. Gracchi Scipionem Nasicam appellat: qui Iurisconsultorum finitione Sobrinus sit?

16. TEMPORE ADDITO PERCREBVISSE.] Malim, tempore percrebuisse, reiecta voce qua glossographum sapit: aut potius inuertam, tempore adeo. & id verum puto. De re ipsa, Plutarchus auctor in Causis, quaest. VI. diu apud Romanos sobrinarum coniugia (ανεψιας ipse appellat, & bene verit Xylander) fuisse inuisa: cepisse tamen a leuicula causa, quam ipse denarrat. factumque decretum populi, Πασιν εξειναι γαμειν ανεψιας, τα δε ανωτερον κικωλυσαι, id est, licere omnibus ducere vsque ad consobrinas, supra autem vetari. Hoc quando proprie cepit, non dicit: satis vetus esse, ex Lino discas. apud quem, libro XLII. ita loquitur Sp. Ligustinus: Cum primum in aetatem veni, pater mihi uxorem fratris sui filiam dedit: imò quasi in laudem hoc recenset. Sane coniugia ea deinceps crebra: & sic inter illustres, M. Marcellus Iuliam Augusti F. duxit, sibi sobrinam: alijque plures. Sustulit tamen eas ipsas nuptias Theodosius, de quo Victor: Tantum, inquit, pudori tribuit & continentiae, ut consobrinarum nuptias vetuerit, tamquam sororum: permiseruntque iterum Arcadius & Honorius l. XIX. C. De nuptijs.

17. DECRETUM POSTVLAT.] Zonaras: Φησιν με εποίησαντο, εξειναι Ρωμαίοις αδελφιδας ανεψιας. At Tacitus, Fratrum filias: & strictè capias; non enim licuit sororum. Quod notauit accuratè & diffuse.

Q4

Potens mari-
ci & rerum
Agrippina.

Cap. 8.
Silanus mor-
tem pōnē
iunxit.

Magnus Se-
neca patria
restituitur.
Neroni pra-
ficiuntur.

Cap. 9.

Eidem Octa-
uia despon-
detur.

truos fratrumque filias nuptiæ etiam in posterum statuerentur. Neque tamen repertus est, nisi vnus talis matrimonij cupitor, ¹⁸ Talledius Seuerus eques Romanus, quem plerique Agrippinæ gratiâ impulsus ferebant. Versa ex eo ciuitas, & cuncta feminæ obediebant, non per lasciuiam, vt Messallina, rebus Romanis illudenti. ¹⁹ Addictum quasi & virile seruitium. Palam seueritas, ac sæpius superbia: nihil domi impudicum, nisi dominationi expediret: cupido auri immensa obtentum habebat, quasi subsidium regno pararetur. ²⁰ Die nuptiarum Silanus sibi mortem consciuit. siue eò vsque spem vitæ produxerat; seu dilecto die, augendam ad inuidiam. ²¹ Caluina soror eius ²² Italiâ pulsa est. Addidit Claudius, ²³ sacra ex legibus Tulli regis, piaculæque apud lucum Dianæ per pontifices danda: ²⁴ irridentibus cunctis, quod pœnæ procurationesque incesti id temporis exquiterentur. At Agrippina ne malis tantum facinoribus notesceret, ²⁵ veniam exsilij pro Annæo Senecâ, simul præturam impetrat, lætum in publicum rata, ob claritudinem studiorum eius; vtque Domitij pueritia ²⁶ tali magistro adolesceret, & consilijs eiusdem ad spem dominationis vteretur. quia Seneca fidus in Agrippinam memoriâ beneficij, & infensus Claudio dolore iniuriæ credebatur. Placitum dehinc non vltra contari: sed designatum consulem Memmium Pollionem ingentibus promissis inducunt, sententiam expromere, quâ hortaretur Claudius, despondere Octauiam Domitio. quod ætati vtriusque non absurdum, & maiora patefacturum erat. Pollio haut disparibus verbis, ac nuper Vitellius, censet: despondeturque Octauia. ac secundum priorem necessitudinem, sponsus iam & gener Domitius æquari Britannico, studijs

fusè, quantum satis est, Cuiacius XIII. obseru. c. XVI. quem non exscribo. Nec sustulit Nerua hoc Sc. vt idem verâ interpretatione collegit. De Claudij hoc factō Tragicus:

Genitamque fratris, coniugem captus, sibi
Toris nefandis, flebili iunxit face.
vbi melius leges, Genitamque fratre coniugem
captam. Domitianus imitatus exemplum est, qui
Iuliam habuit filiam Titi.

18. TALLEDIUS SEVERVS.] T. Alledius scribo.
& vidi postea ita citare hunc locum Beroaldum. In
monumentis præcis, M. ALLIDI. in Iuuenali,
— tibi habe frumentum, Alledius inquit.

Quod noster vnum imitatore sceleris eius facit;
Suetonius dissentit, qui duos, c. XXXI. Noster, credo,
non habuit curæ nescio quem recensere libertinum.
Vocat etiam equitem R. quem ille Primipilarem. Nec
aberrat, quoniam primi pili comes, gradus equestris.
Martialis:

Et referes pili præmia clarus eques.

19. ADDICTVM QVASI.] Arbitrio meo, transpon-
nentur verba, Addictum & quasi virile. Lætionis
stabiliente (nam ego olim sollicitavi) est, quod apud
eundem Tacitum de moribus Germanorum scribitur:
Trans Lygios Gothones regnantur, paullò iam
addictius quam ceteræ Germanorum Gentes,
nondum tamen supra libertatem. Nec pœnitent tamen
prorsus coniecturæ, Adductum, præsertim quæ
firmatur codice Budensi, & item Florentino: de quo
verbo in lib. Histor.

20. DIE NVPTIARVM.] Mala ergo distinctio,
& historie vitandæ, in Suetonij Claudio obtinuit,
cap. XXIX. Silanus abdicare se præturâ, morique
initio anni coactus. Die ipso Claudij & Agrippi-
næ nuptiarum in quinque & triginta Senatores
trecentosque amplius equites animaduertit. Apa-
ge. nulla cædes nuptiali eius die læta. scribèq;, initio
anni coactus, die ipso Cl. & Ag. nuptiarum. In
quinque, &c.

21. CALVINA SOROR EIVS.] Fortasse illa, quæ
vitam produxit ad Vespasiani imperium. de quâ Suet.
c. XXXIII. Vespas. Cum Mausoleum repente pa-
ruisset, ad Iuniam (malè enim editum suppositumq;
à Scholiastis, Iuliam) Caluinam è gente Augusti
pertinere dicebat. Nam Silani isti inter abnepotes
Augusti fuerunt, vt dicam.

22. ITALIA PVLSA EST.] Si pulsa tantum, quid
ita Commentator Iuuenalis scribit eam à se interfe-
ctam? Caluina, inquit, Prætoris cuiusdam soror,
quæ se occidit tamquam infamis in fratrem (lego,
fratre) Claudij temporibus. Hoc notat ad illud è
Satyr. III.

— donat Caluinæ vel Catiænæ.

Homo errat.

23. SACRA EX LEGIBVS TVLLI.] Non alia
sacra piaculæq; accipio, quam quibus Tullus olim rex in
Horatio sororiam cædem luit expiavitq;. Linius: Ita-
que vt cædes manifesta aliquo tamen piaculo lue-
retur, imperatum patri vt filium expiaret pecu-
niâ publicâ. is quibusdam piacularibus sacrificijs
factis (quæ deinde genti Horatiæ tradita sunt)
transmisso per viam tigillo, velut sub iugum misit
iuuenem. Similiaq;, Dionys. lib. III. qui addit ea sa-
cra per Pontifices facta: conuenienter cum ijs, quæ hic
Tacitus.

24. IRRIDENTIBVS CVNCTIS.]
Et herclè ridiculum, quod Claudius Silani cum so-
rore incestum piacularibus sacris lucret: ipse in eadem
culpâ. Nam piacula istæ caue aliò referas, quam ad
crimen Silani.

25. VENIAM EXSILII.] Relegatus enim Seneca
post Quæsturam à Claudio in Corsicam insulam, ob
suspicionem adulterij cum Iuliâ Germanici filia, Vinicy
uxore. Cuius criminis scenâ à Messallinâ fuit. Scenâ
dico. Non enim reipsâ expetit in te hæc culpa, o Roma-
ni nominis & sapientiæ magne sol.

26. TALI MAGISTRO ADOLESCERET.] Ma-
gno, magno magistro: vili priuatim & publicè, sè
Neronis

A studijs matris, arte eorum quibus ob accusatam Messallinam ultio ex filio timebatur. Per idem tempus legati Parthorum ad expetendum, ²⁷ ut rettuli, Meherdatem missi, senatum ingrediuntur, mandata in hunc modum incipiunt. *Non se fœderis ignaros, nec defensione à familiâ Arfacidarum venire: sed filium Vononis, nepotem Phrahatis, accersere aduersus dominationem Gotarzi, nobilitati plebique iuxta intolerandam. Iam fratres, iam propinquos, iam longius sitos, cadibus exhaustos: adijci coniuges gravidas, liberos paruos, dum secors domi, ²⁸ bellis infaustus, ignauiam seuitiâ tegat. Veterem sibi ac publicè ceptam nobiscum amicitiam: & subueniendum socijs virium amulis, cedentibusque per reuerentiam. Ideò regum obsides liberos dari, ut si domestici imperij tædeat, sit regressus ad Principem patresque, quorum moribus assuesfactus rex melior adscisceretur.* Vbi hæc atque talia dissertauere, incipit orationem Cæsar de fastigio Romano, Parthorumque obsequijs: sequè duo Augusto adæquabat, petitum ab eo regem referens, omisâ Tiberij memoriâ, quamquam ²⁹ is quoque miserat. Addiditque præcepta (etenim aderat Meherdates) ut non dominationem & seruos, sed rectorem & ciues cogitaret, clementiamque ac iustitiam ³⁰ quanto ignara barbaris, tanto tolerantiora capefferet. Hinc versus ad legatos, extollit laudibus alumnum vrbs, spectatæ ad id modestiæ: ac tamen ferenda regum ingenia, neque vsui crebras mutationes. rem Romanam huc satietate gloriæ prouectam, ut externis quoque gentibus quietem velit datam. Post hæc C. Cassio, qui Syriæ præerat, deducere iuuenem ripam ad Euphratis iubet. Eâ tempestate Cassius ³¹ ceteros præeminebat peritiâ legum. nam militares artes per otium ignotæ, industriosque ac ignauos pax in æquo tenet. Attamen quantum sine bello dabatur, reuocare priscum morem, ³² exercere legiones, curâ, prouisu, agere perinde ac si hostis ingrueret. Ita dignum maioribus suis, & familiâ Cassiâ ratus, ³³ per illas quoque gentes celebratâ. Igitur excitis quorum de sententiâ petitus rex, positisque castris apud Zeugma, vnde maximè peruius amnis, postquam illustres Parthi ³⁴ rexque Arabum Abbarus aduenerat; monet Meherdatem, barbarorum impetus acres, contatione languescere, aut in perfidiam mutari. itaque vrgeret cepta. Quod spretum fraude Abbari, qui iuuenem ignarum, & summam fortunam in luxu

B ratum, multos per dies attinuit apud opidum Edessam. Et vocante Carrhene, promptaque res ostentante si citi aduenissent, non cominus Mesopotamiam, sed flexu Armeniam petunt, id temporis importunam, quia hiems occipiebat. Exin niuibus & montibus fessi, postquam campis propinquabant, copijs Carrhenis adiunguntur. Transmissoque amne Tigri, permeant Adiabenos, ³⁵ quorum rex Iuliatas societatem Meherdati palàm induerat: in Gotarzen per occulta & magis fida inclinabat. Sed capta in transitu vrbs Ninus vetustissima sedes Assyriæ, ³⁶ castellum insigne famâ, quod postremò

Cap. 10.
Parthi legati
Roma:

Regem pe-
tentis.

Cap. 11.
Claudius
eum mittit

Et præceptis
instruit
ipsum,
Et legatos.

Cap. 12.
C. Cassius
iuris peritus.

Nec belli
negligens.

Meherdatem
in regnum
ducere cona-
tur:

Sed eo natur.
Fraus &
imperitia
impedit.

Cap. 13.

Initia leuiter
prospera.

Neronis indoles, aut Romana fata, voluissent. Sed ad historiam, adde hæc Scholiastis, in Iuuenalis Sat. v. Seneca sub Claudio, quasi conscius adulteriorum Iulix, Germanici filix, in Corsicam relegatus, post triennium reuocatus est. Qui etsi magno desiderio Athenas intenderet, ab Agrippinâ tamen, erudiendo Neroni, in palatium adductus, sæuum immanemque natum & sensit citò, & mitigauit. inter familiares solitus dicere, Non fore sæuo illi leoni, quin, gustato semel hominis sanguine, ingenua redeat seuitia.

27. VT RETTVLI.] Libro XI. vide.

28. BELLIS INFAVSTVS.] Elegantissimi ingenij & doctrine noster Modius obseruat è libro vetere, belli infaustus. rectè: eâ formâ, quâ Militiæ clarus.

29. IS QVOQVE MISERAT.] Et quidem tres miserat, Vononem, Phraatem, Teridatem. Adi lib. II. supra, & VI.

30. QVANTO IGNARA BARBARIS.] Ita edidi è Vatic. Farnesiano erat, ignota: vulgò, igno-

riora. Phrasis vulgata & obuia in Tacito.

31. CETEROS PRÆEMINEBAT.] Vatican. ceteris præerat. Accipio.

32. EXERCERE LEGIONES.] Vett. exercitare.

33. PER ILLAS QVOQVE GENTES.] Ob Cassium illum qui τυραννιστὸς, cuius in Syriâ prospera res post cladem Craffi.

34. REX ARABVM ABBARVS.] Solenne illis regibus nomen, ut Ptolemaus Aegyptijs. Vatic. Acbarus semper scriptum, & Apiano Ἀχβαρης: in Nummis antiquis, Ἀββαρης.

35. QVORVM REX IULIATES.] Ita edidi ex meis libris. Vulgò tamen, Hyliates: & statim infra, Ezates, etiam in manuss. Scito verum nomen esse, Iazates. Ita enim appellatur constantè Iosepho libro XX. Antiq. cap. II. III. vbi & historia omnis explicita de origine huius regis & progressu. Narrat autem Iosephus Iudaicæ religionis eum, & matrem Helenam fuisse: multaq; alia, quæ opera sit legere.

36. CASTELLVM INSIGNE FAMA.] Attentum lectorem non fallat vitium. Quid enim? An Ni-

non

Præfligia
apud tem-
plum Her-
culis.

Cap. 14.

Gotarzes
fraude &
argenteis ha-
suis pugnat.

* Farn. &
icx

Ad extre-
mum, verâ
& ferreâ et
tam pugna.

Vincitq;
hostem.
Cui capto
turpiter
illudit:
Sed mox
moritur.

Cap. 15.

Mithradates
Bosphori
regnum
assidat.

Resistitur à
Cotye, &
Romanis.

Cap. 16.

Ii pellunt
hostem.

Vspem opi-
dum oppu-
gnant.

Cap. 17.

stremo inter Darium atque Alexandrum prælio Persarum illic opes conciderant. Inter-
cà Gotarzes apud montem cui nomen Sambulos, vota dijs loci suscipiebat, præcipuâ
religione Herculis: qui tempore stato, per quietem monet sacerdotes, vt, templum iuxtâ,
equos venatui adornatos sistant. equi vbi pharetras ³⁷ telis onustas acceperunt, per saltus
vagi, nocte demum vacuis pharetris, multo cum anhelitu redeunt. Rursus deus quas sil-
uas pererrauerint, nocturno visu demonstrat: reperiunturque fusæ passim feræ. Ce-
terum Gotarzes nondum satis aucto exercitu, flumine Cormâ pro munimento vti. Et
quamquam per insectationes & nuncios ad prælium vocaretur, necere moras, locos
mutare, & missis corruptoribus exuendam ad fidem hostes emerari. Et quâs Ezates
Adiabenus, * mox Abbarus Arabum, cum exercitu abscedunt; leuitate gentili, & quia
experimentis cognitum est, Barbaros malle Româ petere Reges quàm habere. At Me-
herdates validis auxilijs nudatus, ceterorum prodicione suspectâ, quod vnum reliquum,
rem in casum dare, prælioque experiri statuit. Nec detractauit pugnam Gotarzes, dimi-
nutis hostibus ferox. Concursumque magnâ cæde, & ambiguo euentu: donec Carrhe-
nem, profligatis obuensis, longius euectum integer à tergo globus circumueniret. Tum
omni spe perditâ, Meherdates promissa Parrhacis paterni clientis secutus, dolo eius
vincitur; traditurque victori. Atque ille non propinquum neque Arfacis de gente, sed
alienigenam & Romanum increpans, auribus decisus viuere iubet, ostentui clementiæ
sux & in nos dehonestamento. Dein Gotarzes morbo obiit, accitusque in regnum Vo-
nones, Medis tum præsidens. Nulla huic prospera aut aduersa quâs memoraretur.
breui & inglorio imperio perfunctus est: resque Parthorum in filium eius Vologesen
translatæ. At ³⁸ Mithradates Bosphoranus amissis opibus vagus, posteaquam Didium
ducem Romanum, roburque exercitus abijisse cognouerat, relictos in nouo regno Co-
tyn iuuentâ rudem, & paucas cohortium cum Iulio Aquilâ equite Romano; spretis vtrif-
que, concire nationes, illicere perfugas, postremo exercitu coacto, regem Dandaridarum
exturbat, imperioque eius potitur. Quæ vbi cognita, & iam iamque Bosphorum inua-
surus habebatur, diffisi proprijs viribus Aquila & Cotys, quia ³⁹ Zorsines Soracorum
rex hostilia resumserat, externas & ipsi gratias quæsiuere, missis legatis ad Eunonem
qui ⁴⁰ Adorsorum genti præcallebat. Nec fuit in arduo societas, potentiam Romanam
aduersus rebellem Mithradatem ostentantibus. Igitur pepigere, equestribus prælijs
Eunones certaret, obsidia vrbium Romani capesterent. Tum composito agmine
incedunt, cuius frontem & terga, Adorsi; media cohortes & Bosphorani, tutabantur,
⁴¹ nostris, in armis. Sic pulsus hostis, ventumque Soza opidum Dandariæ, quod deser-
tum à Mithradate, ob ambiguos popularium animos obtineri relicto ibi præsidio vi-
sum. Exin Soracos pergunt. & transgressi amnem Pandam, circumueniunt vrbem
Vspem, editam loco, & mœnibus ac fossis munitam, nisi quod mœnia non saxo, ⁴² sed
cratibus iunctis, ac mediâ humo, aduersum irrumpentes inualida erat: eductæque al-
tiùs turres, facibus atque hastis turbabant obsessos. ac ni prælium nox diremisset, cœpta
patrataque expugnatio eundem intra diem foret. Postero misere legatos, veniam
liberis

non castellum vocat, quam paullo antiè vrbem? Et
vtrumne apud Ninon postremum Darij cum Alexan-
dro prælium fuit? Imò haut procul Arbela, apud
pagum Gaugamela. inseruerim ergo vocem, sedes
Assyriæ, & Arbela castellum insigne famâ: aut
certè si satis sit id intelligi, additâ copulâ, sedes Assy-
riæ, & castellum.

37. TELIS ONUSTAS.] Vatic. telis ommissis onu-
stas. nec scio quid voce eâ faciam. Fortè, telis omni-
genis onustas.

38. MITHRADATES.] Dio Mithradatem quem-
dam nominat, prolem magni illius, cui Claudius re-
gnum Bosphori largitus sit. libro LX. Sed is alius de-
bet fuisse ab isto.

39. ZORSINES SORACORVM REX.] Farnes.

Siracusorum. Vera scriptura, Siracorum. Nam &
à Strabone in XI. Τα Ἴπὸ Σιραίων φύλα dicuntur.
Populi sunt ad Caucasum.

40. ADORSORVM GENTI.] Straboni, Plinio, Pto-
lemæo, hi populi dicti, Aorsi: inter Scythas.

41. NOSTRIS, IN ARMIS.] Aliter exaudio,
quàm vulgus. id est, nostri in lateribus erant, & ad
armos. Nec enim solos Romanos in armis fuisse cen-
sendum: sed cum Aorsi in fronte agminis & tergo
essent, in medio Bosphorani; Romanos latera tutatos
esse. Nisi tamen legendum, nostris armis. vt dicat
Bosphoranos, Romano ritu instructos armatosq;: quod
malo.

42. SED CRATIBVS IUNCTIS.] Vatic. cratibus
& vimentis, probo.

43. PLE-

A liberis corporibus orantes : Seruitij decem millia offerebant. quod aspernati sunt victores, quia trucidare deditos sæuum, tantam multitudinem custodiã cingere arduum : ut belli potius iure caderent. Datumque militibus, qui scalis euaserant, signum cædis. Excidio Vspensium metus ceteris iniectus, nihil tutum ratis, cum arma, munimenta, impediti vel eminentes loci, amnesque & vrbes iuxta perumperentur. Igitur Zorfines diu pensitato Mithradatisne rebus extremis, an patrio regno consulere: postquam præualuit gentilis utilitas, datis obsidibus, apud effigiem Cæsaris procubuit, magnã gloriã exercitus Romani, quem incruentum & victorem, tridui itinere abfuisse ab amne Tanai confitit. Sed in regressu dispar fortuna fuit ; quia nauium quasdam, quæ mari remeabant, in litora Taurorum delatas circumuenere barbari, præfecto cohortis, & 43 plerisque centurionum interfectis, Interea Mithradates nullo in armis subsidio, consultat cuius misericordiam experiretur. Frater Cotys proditor olim, deinde hostis metuebatur. Romanorum nemo id auctoritatis aderat, ut promissa eius magni penderentur. Ad Eunonem conuertit 44 proprijs odijs infensum, & recens coniunctã nobiscum amicitia, val-

Expugnant, & excidunt.

Zorfines deseruit Mithradatem.

Cap. 18.

Et ipse ad mitiora inclinat. implorat fidem Eunonis.

B lidum. Igitur cultu, vultuque quã maximè ad præsentem fortunam comparato, regiam ingreditur, genibusque eius prouolutus, Mithradates, inquit, terrã marique Romanis per tot annos quaesitus, sponte adsum. Vtere ut uoles prole magni Achemenis, quod mihi solum hostes non abstulerunt. At Eunones claritudine viri, mutatione rerum, & prece haut degeneri permotus, alleuat supplicem, laudatque quod gentem Adorforum, quod suam dexteram petendæ veniæ dilegerit. Simul legatos litterasque ad Cæsarem in hunc modum mittit. Po. Romani imperatoribus magnarumque nationum regibus, primam ex similitudine fortunæ amicitiam : sibi & Claudio, ex communione victoriæ esse. Bellorum egregios fines, quoties ignoscendo transigatur. Sic Zorfini victo nihil ereptum. Pro Mithradate quando grauius mereretur, non potentiam, neque regnum precari, sed ne triumpharetur, neue 45 pœnas capite expenderet. Atque Claudius, quamquam nobilitatibus externis mitis, dubitauit ta-

Cap. 19.

Qui eum tollit.

Et auid Claudium intercedit.

Cap. 20.

Ille ambigit, veniã an pœnã afficiat. * Huc

C riarum, & libido vindictæ adigebat. Sed diserebatur contra : Suscipi bellum auio itinere, importuoso mari : ad hoc reges feroces, vagos populos, solum frugum egens : tum tedium ex morã, pericula ex properantiã ; modicam victoribus laudem, ac multum infamiæ si pellerentur. quin arriperet oblata, & seruaret exsulem : cui inopi quanto longiorem vitam, tanto plus supplicij fore. His permotus, scripsit Eunoni, meritum quidem nouissima exempla Mithradatem, nec sibi vim ad exequendum deesse : verum ita maioribus placitum, 46 quantã peruicaciã in hostem, tantã beneficentiã aduersus supplices utendum. nam triumphos de populis regnisque integris adquiri.

Vici sententia mollior.

Cap. 21.

Mithradates tamen ad Cæsarem venit. Ferocia eius verba.

Traditus post hoc Mithradates, vectusque Romam per 47 Iunium Colonem procuratorem Ponti, ferocius quã pro fortunã disseruisse apud Cæsarem ferebatur. Elataque vox eius in vulgum hisce verbis : Non sum remissus ad te, sed reuersus : vel si non credis, dimitte & quere. vultu quoque interrito permansit, cum rostra iuxta, custodibus circumdatus, visui populo præberetur. Consularia insignia Coloni, Aquilæ prætoria decernuntur. Iisdem consulibus atrox odij Agrippina ac Lollia infensa, quod secum de matrimonio Principis certauisset ; molitur crimina, & accusatorem, qui obijceret

Cap. 22.

Lollia euerteret.

D Chaldæos, magos, interrogatumque Apollinis Clarij simulacrum super nuptijs Imperatoris. Exin Claudius inauditã reã, multa de claritudine eius apud senatum præfatus,

43. PLERISQUE CENTVRIONVM.] A Rhenano est, ex emendatione, ut ait, codicis Bud. Nam mei manuss. itemq, editiones antiquæ, plerisque consulariam : quidam, consiliarium. Verum puto, auxiliarium. Nam præit de Præfecto cohortis.

44. PROPRIIS ODIIS INFENSVM.] Franc. Modius è Rodolphi Agricole codice negationem inserit, non infensum. Quod approbo. Non enim Eunones à se Mithradatem oderat, sed in gratiam aspectumq, Romanorum.

45. POENAS CAPITE EXPENDERET.] Farnes.

exciperet. At de more ipso plerendi in carcere triumphate : duces, suadeo omnino legas Fabrum libro II. Semestr. cap. III.

46. QVANTA PERVICACIA IN HOSTEM.] A M. Antonio Mureto est, qui ingeniosè veram lectionem peruidit. Nam vulgò erat, quantalibet pertinaciã in hoc tentatã Peruicaciã autem in Vatic. scriptum.

47. IVNIVM COLONEM.] Hic è infra emendo, Cilonem. Dio auctor lib. LX. facetã narratione insertã super hoc homine. Præfuerat Bithynis, inquit.

fatus, 48^a sorore L. Volufij genitam, maiorem ei patrum Cottam Messallinum esse, A
 49^a Memmio quondam Regulo nuptam; (nam de C. Cæsaris nuptijs consultò reticebat)
 addidit perniciofa in Remp. confilia, & materiem sceleri detrahendam. Proin publicatis
 bonis, cederet Italiâ. Ita quinquagies festertium ex opibus immensis exfuli relictum. Et
 Calpurnia illustris femina peruertitur, quia formam eius laudauerat Princeps, nullâ libi-
 dine, sed fortuito sermone. vnde vis Agrippinæ citra vltima stetit. In Lolliam mittitur
 tribunus, à quo ad mortem adigeretur. Damnatus & lege repetundarum 50^o Cadius Ru-
 fus, accusantibus Bithynis. Galliæ Narbonensi ob egregiam in patres reuerentiam da-
 tum, 51^o vt senatoribus eius prouinciæ, non exquisitâ Principis sententiâ, iure quo Sicilia
 haberetur, res suas inuisere liceret. Ituræique & Iudæi, defunctis regibus 52^o Sohemo
 atque Agrippâ, prouinciæ Syriæ additi. 53^o Salutis augurium quinque & viginti annis
 omiffum

Ftiam Cal-
purnia.

Cap. 23.
Pro Galliâ
Narbonensi
priuilegium.

* Ideò in
Tacito hic
non exquisi-
ta Principis
sententiâ.

inquit. (nam Bithynia adiuncta, vt opinor, Pontice
 administrationi) & præsuerat nequiter, auarè. Quæsi
 Bithyni apud Claudium sunt, poposceruntq. pœnas.
 Cùm parùm intellexisset Claudius in turbâ strepitumq.
 adstantium, quid dixissent Bithyni, alios interrogat.
 Ibi Narcissus pronus in Cilonem, audaci mendacio
 edidit, gratias eos agere Ciloni. Tum ille, Præsfit ergo
 eis alterum biennium. Dicitur autem Dionis Ἰώνιος
 Κίλων: & firmat Velius Longus: Cilonem, ait, vocan-
 tur homines angusti capitis & longi: chilones à
 breuioribus labijs dicti. Glossæ: Cilo, κεφάλος.
 Declamator in Sallustium, pro hominibus nequam
 improbisq. accepit: Quidquid impudicorum, Ci-
 lonum, parricidarum, sacrilegorum, debitorum
 in totâ vîbe fuit. Vide Festum, in Chilo, & Ci-
 lones.

48. SORORE L. VOLVSI GENITAM.] De cuius
gentis nobilitate Rutilius in Itinerario:

Qui Volusi antiquo deriuat stemmate nomen;
Et reges Rutulos, teste Marone, refert.

49. MEMMIO QVONDAM REGVLO.] Vide
Sueton. in Caio, cap. xxv. itemq. Dionem. Statim
vox Nuptijs abest Farnes. codici: & illasâ sententiâ
potest.

50. CADIUS RVFVS.] Malè ego olim, Claudius;
malè vir doctus, in Re nummariâ, Cordius restituit.
Est ille, de quo II. Histor. Redditus Cadio Rufo,
Pedio Blæso Senatorius locus: qui repetundarum
crimini sub Claudio ac Nerone ceciderant.
Si mutamus: legerem, Tadius.

51. VT SENATORIBVS EIVS PROVINCIAE.]
Liberâ rep. liberum Senatoribus peregrinari etiam
rei priuata causâ. Id tantum excogitatum, vt lega-
tio libera peteretur à Senatu, sumereturq. quò ma-
iori abessent cum dignitate. Cicero sepè. At lapsâ
rep. in seruitutem, Senatoribus etiam adempta hac
libertas. Augustus id instituit imperio firmando, &
nequis illustriorum commeare ad exercitus aut con-
ciliare milites prouincialesve posset. Dio eleganter LII.
in extremo: Περσῶν εἰπε πασι τοῖς βουλευασι μὴ
ἐνδνεῖν ἐξω τῆς Ἰταλίας, ἀν μὴ αὐτός πρὶ κελεύσῃ,
ἢ καὶ ὑπὸ τῆς. Καὶ τὸ καὶ δεῦρ ἀεὶ φυλάσσεται.
id est: Edixit omnibus Senatoribus, nequis eorum
peregrinari extra Italiam vellet, iniussu permis-
sive suo. quod interdictum ad hoc vsque æuum
seruatur. Quamquam præiussisse ad hoc factum Au-
gusto Iulius videtur: qui sanxit, nequis Senatoris
filius nisi contubernalis aut comes Magistratus
peregrè proficisceretur, ait Sueton. c. XLII. Vbi
libido mihi legendi, nequis Senator Senatorisve fi-

lius. Si enim filijs interdictum; maior ratio vt Sena-
toribus ipsis. In vsu autem, vt commeatus peregrini-
nandi à Cæsare ac Senatu peterentur. Suetonius Calig.
c. xxxix. Prætorium virum ex secessu Anticyræ
propagari sibi commeatum sapius desiderantem,
cùm mandasset interim, &c. quo loco reiectâ vo-
culâ scripserim, Prætor. virum secessu Ant. Sed
Claudius à se solo id peti primus instituit. Sueton.
c. xxxiii. subobscurè: Commeatus à Senatu peti
solitos * sui beneficij fecit. cui lucem do ex Dione:
Τοῖς δὲ οὐκ, inquit, αἰταμύθοις, ὡς ἐξω τῆς Ἰτα-
λίας ἀποδνεῖσθαι, ἐφείκει μὲν καὶ κατ' εἰαυτὸν ἀνὸς τῆς
βελῆς. Τὸ γὰρ μὲν καὶ νόμος πρὶ αὐτῶν δοκεῖν ποιεῖν,
δὲ γὰρ γρηῶν ἐκέλευσε. id est: Petentibus extra
Italiam eundi commeatum, per se concessit, Sen-
nato non consulto. quod tamen vt lege aliquâ fa-
cere videretur, iussit super eâ re confici Senatus
decretum. Vide & l. xxii. Ad municipalem. Atque C
inprimis Casiodorum: apud quem expressa Formula
ipsa dandi huius per principem commeatus, l. iiii.
Variar. epist. xxi. Augustus tamen in hoc decreto
suo Siciliam exceperat: sicut nunc Claudius Narbo-
nensem. quia vtraque prouincia vicina & quasi sub-
urbana. Dio: Πλὴν γὰρ ὅτι ἐς τὴν τὴν Συκελίαν. καὶ ἐς
τὴν Γαλατίαν τὴν περὶ Νάρβωνα, ἐδ αὐτοῖς ἀλλοσε
βελδοτῆ ἀποδνεῖσθαι ἐξέειπεν. id est: Exceptâ enim
Siciliâ, & Galliâ Narbonensi, nusquam aliò pere-
grinari Senatori fas est. Ad hoc Claudianum inter-
dictum respexit Suidas, etsi id paullo aliter effert, in
Κλαυδίου. Αἰτ: Νόμον περὶ θνητῶν μὴ δύνανθαι βελδο-
τῶν ὑπὲρ ἐπὶ σσημεία τῆς πόλεως ὀδνεῖν, χωρὶς τῆ
βασιλέως κελεύσεως. id est: Legem tulit, ne cui
Senatori abire vrbe ad septimum lapidem fas ef-
fer, principis iniussu.

52. SOHEMO ATQVE AGRIPPA.] Quorum ille D
Arabum Ituræorum, hic Iudæa rex. Sohemus autem
scribendum, aut certè Soæmus ex Dione: non Sohen-
nius, vt edition. vulgata. Dio de Caligulâ: Εἶν δὲ τῶ-
τω, Σοαίμω ἢ τῶ Ἰτυραίων τῶ Αἰθῶν, καὶ Πολέ-
μωνι ἢ παρῶν ἀρχῶν Ἰηφοσ αὐθῶς τῆς βελῆς ἐχα-
εἰσατο. De Agrippâ & mutatione secutâ vide Iose-
phum xx. Antiquit. qui tamen nihil aperte de contri-
butione Iudæorum in Syros. Imò verò etiam nunc, vt
antè, Præsides suos sive Procuratores habebant: qui
adspiciebant quidem Legatum Syriæ, sed non assidue
audiebant. Quin & Agrippa iunior rex etiam fuit,
patre defuncto. Quomodo igitur prouinciæ Syriæ
additi nouiter, cogitandum sit, aut à peritioribus ro-
gitandum.

53. SALVTIS AVGVRIVM. [Quod è tenebris
primus

A omiffum repeti, ac deinde continuari placitum. Et ⁵⁴ pomœrium vr̄bis auxit Cæfar mo-
re prisco; quo iis qui protulere imperium, etiam terminos vr̄bis propagare datur. Nec
tamen duces Romani, quamquam magnis nationibus subactis, vſurpauerant, niſi
⁵⁵ L. Sylla, & diuus Auguſtus. ⁵⁶ Regum in eo ambitio, vel gloria, variè vulgata. Sed
initium condendi, & quod pomœrium Romulus poſuerit, noſcere haud absurdum reor.
Igitur à foro boario, vbi æreum tauri ſimulacrum aſpicimus, quia id genus animalium
aratro ſubditur, ſulcus deſignandi opidi cœptus, vt magnam Herculis aram amplecte-
retur. Inde certis ſpatiis interiecti lapides, per ima montis Palatini ad aram Conſi,
⁵⁷ mox ad Curias veteres, tum ad ſacellum Larium: forumque Romanum & Capito-
lium non à Romulo, ſed à T. Tatius additum vr̄bi credidere. Mox pro fortunâ pomœ-
rium auctum. Et quos tum Claudius terminos poſuerit, facile cognitu, & publicis actis
præſcriptum. C. Antiftio, M. Sullio Coſſ. ⁵⁸ adoptio in Domitium auctoritate Pal-
lantis feſtinatur, qui obſtrictus Agrippinæ vt conciliator nuptiarum, & mox Itupro eius
illigatus, ſtimulabat Claudium, conſuleret Reip. Britannici pueritiam robore circumdaret.
*Sic apud diuum Auguſtum, quamquam nepotibus ſubnixum, vigiſſe priuignos: à Tiberio, ſuper
propriam ſtirpem, Germanicum aſſumptum. Se quoque accingeret iuvene, partem curarum capeſſi-
turo.* His euictus, biennio maiorem natu Domitiū filio anteponebat, habitâ apud ſenatum
oratione in eundem, quem à libertato acceperat, modum. Adnotabant periti, ⁵⁹ nullam
antehac adoptionem inter patricios Claudios reperiri, eoſque ab ⁶⁰ Attâ Clauiſo conti-
nuos durauiffe. Ceterum actæ Principi grates, exquisitiore in Domitium adulatione
ne. Rogatâque lex, quâ in familiam Claudiam & nomen Neronis tranſiret. Auge-
tur

Pomœrium
profertur.

Cap. 24.
Termini vr̄-
bis ſub Ro-
mulo.

Cap. 25.

A. V. C.
DCCCIII.
Domitius
adoptatus:
Pallante au-
ctore.

Cap. 26.

tur

*primus eruit Politianus. quem licet legas Miscell. capi-
te XIII. Dionem XXXVII. & LI. Feſtum in voce Ma-
ximus Prætor. Sed numerus in Tacito ſatin' verus?
delibero. Nam ſuprema mentio capti huius Augurij
apud Dionem eſt anno vr̄bis DCCXXV. cum & Ianus
item ab Auguſto cluſus. atqui ab eo die ad hunc
DCCCII. vr̄bis annum, non XXV. vti hic ſcriptum,
ſed LXXVII. interſunt anni. Vt ergo verus iuſtusque
hic numerus ſit, à Tiberio repetitum id augurium ne-
ceſſe eſt Cornelio Cethego. Viſellio Varrone Coſſ. anno
vr̄bis. DCCLXXVII.*

54. POMOERIVM VR̄BIS.] *Idq̄, lapis etiam nunc
teſtatur Claudiani eni, Rome:*

TI. CLAVDIVS
DRVSI F. CAISAR
AVG. GERMANICVS
PONT. MAX. TRIB. POT.
VIII. IMP. XVI. COSS. IIII.
CENSOR. P. P.
AVCTIS. POPVLI. ROMANI
FINIBVS. POMERIVM
AMPLIARIT. TERMINARITQ.

Auxit, poſt Britanniam Romano imperio adiectam.

D **55.** L. SYLLA, ET D. AVGVSTVS.] *Non defendo
te, Corneli: erras. Etiam C. Cæſar auxit interiectus
inter eos duos. Agellius auct̄or lib. XIII. c. XIV. Dio
libro XLIII. Ταῦτα τε ἐπίσει, καὶ νόμος εἰσέφερε, τό,
τε πομπήιον ἐπὶ πλείον ἐπέζηγαγε. Apud eundem
Antonius in laudatione Cæſaris funebri: Οὐ καὶ τὸ
πομπήιον αὐτῆς (τὸ πλείον) ἐπαυχῆσας, ἐν τῷ
βυλδοτερίῳ καταφαγείς, &c. Cicero ad Attic.
lib. XIII. De vr̄be augendâ quid ſit promulgatum,
non intellexi. id ſanè ſcire velim. Iuuat tamen
aliquid noſtrum, quod Suetonius exactè in tabulis
diligentiæ, nihil huius in Iulio commemorat: & for-
tean concepta à Iulio res, perfectâ demum ab Augu-
ſto. Nam ille nugator apud * Senecam ridiculus, qui*

Syllam vltimum Romanorum protuliſſe pom-
œrium tradidit: quod numquam Prouinciali
ſed Italico agro acquiſito mos proferre apud an-
tiquos fuit. *Vide quæ huc faciunt, apud Vopifcum
in Aureliano.*

56. REGVM IN EO AMBITIO.] *Conſule Onuſtrium
in vr̄be Româ.*

57. MOX AD CVRIAS VETERES.] *Ita manuſſ.
& rectè. Varro de L. L. Curia duorum generum.
Nam & vbi curarent ſacerdotes res diuinas, vt
curia veteres: & vbi Senatus humanas, vt curia
Hoſtilia. Feſtus: Nouæ curia ad compitum Fa-
bricium factæ, quod parum amplæ veteres à Ro-
mulo factæ. Plautus: Sub veteribus ibi ſunt qui
dant, quiſque accipiunt fœnore. Liuius XLIV. Æ-
des P. Africani pone Veteres ad Vortumni ſi-
gnum laneaſque (ſcribe, lanienæſque) & tabernas
coniunctas in publicum emit. Ouidius eaſdem in-
tellegit III. Faſtor.*

Ianua tunc regis poſita viret arborẽ Phœbi:

Ante tuas itidem Curia priſca fores.

58. ADOPTIO IN DOMITIVM.] *Agnosce ergo
lect̄or, & tolle librarij errorem (non enim ipſius Sue-
tonij, puto) Neronis c. VII. Vndecimo ætatis anno à
Claudio adoptatus eſt, Annæoque Senecæ iam
tunc Senatori in diſciplinam traditus. Adoptatus
Nero XI. ætatis anno? Falſum, vel te iudice & indice
Suetoni. Nam idem ſcribis XVII. anno ad imperium
eum perueniſſe, quod & Tacitus & Dio adſtruunt.
Atqui ab hoc die ad imperium anni interſunt non
quinque. Duodecimo, ergo in Suetonio ſcribendum:
ſi ratio quidem conſtatura eſt.*

59. NULLAM ANTEHAC ADOPTIONEM.] *At-
qui Tiberius Germanicum adoptauit, vti notum. Ex-
cuſabunt id curioſi, quod Tib-rius iam è Claudio mi-
grarat in gentem Iuliam.*

60. ATTA CLAVSO.] *Secuti ſumus ſpectata fidei
codicem*

* De Breit.
vitz c. XIV.

R.

*Agrippina,
Augusta ap-
pellata.
Britannicus
spretus &
depressus.*

*Cap. 27.
Agrippinen-
sis colonia
deducta.*

*Catti latro-
cinantur:
haud impu-
nè.*

*Circumuenti
& caesi.*

Cap. 28.

*Pomponius
poeta tragi-
cus.*

Cap. 29.

tur & Agrippina cognomento Augustæ. quibus patratis, nemo adeo expers misericordiae fuit, quem non Britannici fortunæ mæror afficeret. ⁶¹ desolatus paullatim etiam seruilibus ministeriis, per intempestiua noueræ officia, in ludibria vertebat, intelligens falsi. Neque enim segnem ei fuisse indolem ferunt: ⁶² siue verum; seu periculis commendatus, retinuit famam sine experimento. Sed Agrippina, quò vim suam sociis quoque nationibus ostentaret, in opidum Vbiorum, in quo genita erat, veteranos coloniamque deduci imperat; cui nomen inditum ⁶³ ex vocabulo ipsius. Ac fortè acciderat, vt eam gentem Rheno transgressam ⁶⁴ auus Agrippa in fidem acciperet. Iisdem temporibus in superiore Germaniâ trepidatum, aduentu Cattorum latrocinia agitantium. ⁶⁵ Deinde L. Pomponius legatus auxiliares Vangiones ac Nemetas addito equite alario monuit, vt anteirent populatores, vel dilapsis improuisi circumfunderentur. Et secuta consilium ducis industria militum, diuisique in duo agmina, qui læuum iter petiuerant, recens reuersos, prædæque per luxum vsos & somno graues circumuenere. Aucta lætitiâ, quòd quosdam è clade Varianâ, ⁶⁶ post quadragesimum annum, seruitio exemerant. At qui dextris & propioribus compendiis ierant, obuio hosti & aciem auso, plus cladis faciunt. Et prædâ famaque onusti, ad montem Taunum reuertuntur, vbi Pomponius cum legionibus opperiebatur, si Catti cupidine vlciscendi casum pugnae præberent. Illi metu ne hinc Romanus, inde Cherusci, cum quibus æternum discordant, circumgrederentur, legatos in urbem & obsides misere. decretusque Pomponio triumphalis honos, modica pars famæ eius apud posteros, in quibus carminum gloriâ præcellit. Per idem tempus Vannius ⁶⁷ Sueuis à Druso Cæsare impositus, pellitur regno, primâ imperij ætate

codicem Vat. qui disertim habet Atto Cluso. superius tamen alienâ manu I. addito, vt fieret, Attio. Vt mirer Jurisconsultum Vertranium scribere duos Vat. Accio Cluso, referre. Sed ille quidem nobis imposuit: ego si fallo, tum mihi quibus oculos

Istos, suppositis eruito manibus.

Facit à Vatic. in eadem bibliothecâ vetus Sueton. qui initio libri tertij, Attâ Claudio refert. Et quidni probabile, cum Clausus recens è Sabinis esset, prænomen eum habuisse terminatione Sabinum? Emendandus ita, me indice, Linius lib. II. Atta Clausus, qui postea Appio Claudio Romæ nomen fuit. & l.x. Principem nobilitatis vestræ, seu Attam Clausum, seu Ap. Claudium vultis. De Clauso, manifestè post Virgilium Silius XVII. Punicor.

Hic prisca ducens Clausorum ab origine nomē Claudia.

Et Ouidius in Fastis:

Claudia Quinctia genus Clauso referebat ab alto.

^{61.} DESOLATVS PAULLATIM.] *Ita capio. Britannicus spoliatus exutusque paullatim non solum honestiore comitatu, sed etiam seruilis; cum Agrippina eos, quasi ad alia officia operasque auocaret. Desolatus, μωωθεϊς, solus relictus; vti libro. I. Nonanus operiendas Tiberij epistolas clamitauerat; mox desolatus aliorum discessione, imminentem necessitatem spontè præuertit.*

^{62.} SIVE VERVM; SEV PERICVLIS.] *Desistite medici: nullum hinc vulnus. Siue, inquit, reuerâ non segnis illi indoles fuit: siue pericula, & ex periculis fauor, hanc ei famam circumdederunt. Alternans hic sermo per Tacito familiaris. Lib. III. Longam & continuam absentiam paullatim meditans, siue vt amoto patre Drusus munia consulatus solus obiret. Lib. II. De se nihil addidit metu inuidiæ, an ratus conscientiam factis satis esse. Et exempla obuia.*

^{63.} EX VOCABVLO IPSIVS.] *Parum ἀναλόγως ergo vulgò Colonia Agrippina dicitur, etsi ita passim in Ethico & Itinerario Antonini: melius Agrippinensis, aut Agrippinensium. Etiam Claudia agnominata, fide lapidis quem totum adscribamus ad gratiam celeberrimæ urbis.*

M. MARIO. M. F.
STEL. TITIO. RVFINO
COS.
LEG. LEG. I. MINER. P. F.
CVR. COL. CLAVD. AVG.
AGRIPPINENSIVM
PROCOS. PROV. SICILIÆ
CVR. AMITERNOR. PRÆF.
TR. PL. Q. PROV. MACEDON
SEVIR. TVRMAR. EQ. ROM.
TRIB. LATICI. LEG. I. ADIV. P. P.
IIII. VIRO. STLITIBVS. IVDIC.

Quo iure deducta colonia fuerit, Paulus libro. II. De censibus: In Germaniâ inferiore Agrippinenses iuris Italici sunt.

^{64.} AVVS AGRIPPA.] *Quod factum credo Agrippâ & L. Gallo Coss. anno urbis DCCXVII. ex Dione lib. XLVIII.*

^{65.} DEINDE L. POMPONIVS LEGATVS.] *Parum coheret narratio. Cui rei enim illud, Deinde? Vereor vt exciderint ea que de Sulpicij Galba & P. Gabinij expeditione aduersum Catts Marsosque Dio narrauit, lib. LX. Quamquam ea gesta annis aliquot antiè.*

^{66.} POST QVADRAGESIMVM ANNVM.] *Iusta supputatio. Clades illa enim accepta, anno DCCLXIII.*

^{67.} SVEVIS A DRVSO CÆSARE.] *Non genti toti Suenorum, sed iis qui Maroboduum & Catualdam reges comitati erant: qui à Druso, ne quietas prouincias immixti turbarent, Danubium vltra inter*

A ætate clarus acceptusque popularibus : ⁶⁸ mox diuturnitatem in superbiam mutans, & odio accolarum, simul domesticis discordiis circumventus. Auctores fuere, Iubillius Hermundurorum rex, & Vangio ac ⁶⁹ Sido sore Vannij geniti. Nec Claudius, quamquam sæpè oratus, arma certantibus barbaris interposuit, tutum Vannio perfugium promittens si pelleretur. scripsitque ⁷⁰ P. Attilio Histro, qui ⁷¹ Pannoniæ præsidebat, legionem ipsaque è provinciâ lecta auxilia, pro ripâ componeret, subsidio victis, & terrori aduersus victores, ne fortunâ elati, nostram quoque pacem turbarent. nam vis innumera Ligij, aliæque gentes aduentabant, famâ ditis regni, quod Vannius ⁷² xxx. per annos prædationibus & vectigalibus auxerat. Ipsi manus propria pedites, eques è Sarmatis Iazygibus erat, impar multitudini hostium : eoque castellis sese defendere, bellumque ducere statuerat. Sed Iazyges obsidionis impatientes, & proximos per campos vagi, necessitudinem pugnae attulere, quia Ligius Hermundurisque illic ingruerant. Igitur digressus castellis Vannius, funditur prælio; quamquam rebus aduersis laudatus, quod & pugnam manu capessit, & corpore aduerso vulnera excepit. Ceterum ad classem in Danubio opperientem perfugit. Secuti mox clientes, & acceptis agris, in Pannoniâ locati sunt. Regnum Vangio ac Sido inter se partiuerunt. ⁷³ egregiâ aduersus nos fide: subiectis suone an feruitij ingenio, dum adipiscerentur dominationes multâ caritate, & maiore odio postquam adepti sunt. At in Britanniâ P. Ostorium proprætorem turbidæ res exceperunt, effusis in agrum sociorum hostibus, eò violentius, quod nouum ducem exercitu ignoto, & cœptâ hyeme, iturum obuiam non rebantur. Ille gnarus primis euentibus metum aut fiduciam gigni, citas cohortes rapit: & cæsis qui restiterunt, disiectos confectatus, ne rursus conglobarentur, infensaque & infida pax non duci non militi requiem permetteret, detrahere arma suspectis, ⁷⁴ cinctosque castris Antonam & Sabrinam fluuios cohibere parat. Quod primi Icenii abnuere, valida gens, nec ⁷⁵ præliis concussa, quia societatem nostram volentes accesserant. hisque auctoribus circumiectæ nationes locum pugnae diligere, septum agresti aggere & aditu angusto, ne peruius equi foret. Ea munimenta dux Romanus, quamquam sine robore legionum sociales copias

Vannius rex à suis inuaditur. Negat auxilia Claudius.

Cap. 30.

Ille pugna vincitur. Regnum cedat aliis.

Cap. 31.

In Britanniâ mouet se hostis.

Disiicit P. Ostorius.

Deinde & pugna vincitur.

ad

inter flumina Marum & Cusum locati sunt, dato rege Vannio gentis Quadorum, ait noster lib. 11. *Annal. Vannij regnum in parte describit Plinius: Campos & plana Iazyges Sarmatæ, montes verò & saltus pulsi ab his Daci ad Pathissum amnem, à * Moro, siue is Duria est, à Sueuis regnoque Vanniano dirimens eos.*

68. MOX DIUTURNITATEM.] *Lego, diuturnitate. Mutans, pro mutatus. quod apparet ex manuss. Varro: In priore verbo graues profodiæ quæ fuerunt, manent: reliquæ mutant.*

69. SIDO.] *Ille ipse qui postea in partibus Vespasiani. Tacit. 111. Hist. Trahuntur in partes Sido atque Italicus reges Sueuorum.*

70. P. ATTILIO HISTRO.] *Vatic. & Flor. Atellio. In veteri inscriptione reperio hominem: quæ sic habet fide Aldi.*

SEX. PALPELIO. P. F. VEL.

HISTRO

LEG. TI. CLAVDI. CÆSARIS

AVG. PRO. COS.

PR. TR. PL. X. VIR. STL. IVDIC.

TR. MIL. LEG. XIV. GERMANICÆ

COMITI. PI. CÆSARIS. AVG.

DATO. SVB. DIVO. AVG.

Quæ si ad illum referenda, quod ego censeo: legend. hic, scripsitque Palpelio.

71. PANNONIÆ PRÆSIDEBAT.] *Quidam scri-*

pti, Pannoniam: nec rarò ita noster, lib. 1v. Gallia litus rostratæ naues præsidebant. Iterumque: Litora oceani præsidebat.

72. TRIGINTA PER ANNOS.] *Legitima ratio esset XXXIII. per annos.*

73. EGREGIA ADVERSUS NOS FIDE.] *Ita Vatic. * Nescio an Liuius lib. v. Quamquam aduersus Rom. nulla eis amicitia erat. Noster lib. 111. Et priuignis cum vitrico leuior necessitudo, quam auo aduersus nepotem. At vulgò, apud nos fide legeris, non Latinè.*

74. CINCTOSQUE CASTRIS ANTONAM.] *Acie omnem habui ad hunc locum, nec quidquam peruidi. Libri vet. cunctisque castris. Fortè: detrahere arma suspectis, cinctisque: castris Antonam ad * Sabrinam fluuium cohibere parat. Siue, ut Agricola legebat, iunctisque castris. Antona sanè ciuitas videtur, manetque hodie Northamptona: quasi dicas Septemtrionalis Hammonis ciuitas. Nam, Ton, præcis Britannis semper ciuitas. Olim diuinaui, cinctosque castris, Antonam & Sabrinam fluuiis. eo sensu, ut hostem vagum & metuentem pugnae partim castris, partim fluminibus cingeret, & ab effusa populatione arceret. Sed ludimus aleam, in loco fortasse non pleno.*

75. PROELIIS CONCUSSA.] *Farn. confusi.*

76. TURMAS QUOQUE PEDITVM.] *Eg. scio numquam turmas peditum dici; quod tamen libri*

ad munia accingit. Tunc dato signo perfringunt aggerem, suisque claustris impeditos turbant. Atque illi conscientiam rebellionis & obseptis effugiis, multa & clara facinora fecere. Quam pugnam filius legati, M. Ostorius, seruati ciuis decus meruit. Ceterum clade Icenorum compositi qui bellum inter & pacem dubitabant; & ⁷⁷ ductus in Cangos exercitus. Vastati agri, prae dae passim actae: non ausis aciem hostibus, vel si ex occulto carpere agmen tentarent, punito dolo. Iam ventum haud procul mari, quod Hiberniam insulam aspectat; cum ortae apud Brigantes discordiae retrahere ducem, destinationis certum, ne noua moliretur, nisi prioribus firmatis. Et Brigantes quidem, paucis qui arma ceptabant interfectis, in reliquos datam veniam, resedere. Silurum gens, non atrocitate, non clementiam mutabatur, quin bellum exercebat, castrisque legionum premenda foret. Id quod promptius veniret, ⁷⁸ colonia Camalodunum validam veteranorum manu deducitur in agros captiuos, subsidium aduersus rebelles, & imbuendis sociis ad officia legum. Itum inde in Siluras, super propriam ferociam, ⁷⁹ Caractaci viribus confisos, quem multa ambigua, multa prospera extulerant, ut ceteros Britannorum imperatores praemineret. ⁸⁰ Sed astu, tum locorum fraude prior, vi militum inferior, transfert bellum in Ordouicas, additisque ⁸¹ qui pacem nostram metuebant, nouissimum casum experitur: sumto ad praecelium loco, ut aditus, abscessus, cuncta nobis importuna, & suis in melius essent. Tunc montibus arduis, & si qua clementer accedi poterant, in modum valli saxa praestruit: & praefluebat amnis vado incerto, ⁸² cateruamque maiorum pro munimentis constiterant. Ad hoc gentium ductores circumire, hortari, firmare animos, minuendo metu, accendendam spe, aliisque belli incitamentis. Enimvero Caractacus huc illuc volitans, illum diem, illam aciem testabatur, aut recipendam libertatis, ⁸³ aut seruitutis aeternae initium fore. vocabatque nomina maiorum, qui dictatorem Caesarem pepulissent: quorum virtute vacui a securibus & tributis, intemerata coniugum & liberorum corpora retinerent. Haec atque talia dicenti, ad strepere vulgus; gentili quisque religione obstringi, non telis, non vulneribus cessuros. Obstupescit ea alacritas ducem Romanum: simul obiectus amnis, additum vallum, imminet iuga, nihil nisi atrox & propugnatoribus frequens, terrebat. Sed miles praecelium poscere, cuncta virtute expugnabilia clamitare, praefectique ac tribuni paria differentes, ardorem exercitus incendebant. Tum Ostorius, circumspicit quae impenetrabilia, quaeque peruia, ducit infensos, amnemque haut

Cap. 32.

Cangi vastantur.

Brigantes componuntur.

Camalodunum colonia ueducta.

Cap. 33. Caractacus rex Silurum.

Praecelium in Romanos auget:

Cap. 34.

Suos excitat:

Cap. 35. Et mare alacres reddit.

Tamen Romani mutuant, nisi loco sfos:

* Camulus indigena deus, idem qui Mars.

omnes praese ferunt. Possit legi, Turmas, quodque peditum. Addo, Pichenam distinctione expedire, Turmas quoque, peditum ad munia accingit. Id est, turmas equitum (qui immunes) iubet peditum officia fungi.

77. DVCTVS IN CANGOSE EXERCITVS.] Promontorium Καγγαδον etiam Ptolemus in Britannia agnoscit. sed qui fuerint proprie hi populi, certant. Ego hoc scio vicinos Icenis fuisse, & cum iis restituendos Caesari l. v. Corrupte enim ibi legas, Cenimagni, Segontiaci, Bibroci, missis legationibus, sese Caesari dederunt. Nam Cenimagni nusquam lecti inter Britanniae gentes. Diuido, & scribo: Icenis, Cangi. Catio iudicem te Guilielme Camdene, qui Britanniae tuae nebulas claro ingenij sole nuper illustrasti.

78. COLONIA CAMALODVNVM.] Quod opidum antea, regum in eo tractu sedes. Dio Καμαλόδωνον τὸ τῆ Κωροβελάνης Βασίλειον appellat. At Camalodunum lapidi prisco insculptum, eccisti. CENSITOR. CIVIVM. ROMANORVM. COLONIAE. VICTRICENSIS. QVAE. EST. IN. BRITANNIA. CAMALODVNI. Duplex autem eo nomine opidum, alterum in Brigantibus, alterum in Trinobantibus, colliges ex Ptolemaeo Plinioque. Nescio an nomen illis a peculiari aliquo & indigena deo: cuius forte an mentio in hoc lapide:

* CAMVLO. SANC.

FORTISS.

SAC.

TI. CLAVDIVS. TI. F. QVIR.

TERTIVS.

MIL. COG. VII. PR. T. VERI

L. D. D. D.

79. CARACTACI VIRIBVS.] Dio Καταράκτων nominat, alij Catacratum: Zonaras Caratacum. Caradocum vocasse videntur Britanni. Certè etiam hodie locus est, & in eo parietina arcis, quem Caer Caradoc vocant: id est, opidum siue arcem Caradoci.

80. SED ASTV, TVM.] Amplector Florentinam scripturam. Sed tum astu, locorum fraude prior: ut sit sensus, astu translatum ab eo bellum, quia fraude ex locorum peritiâ prior esset. Monuit Pichena.

81. QUI PACEM NOSTRAM.] Libri aliquot editionum veterum, pacem in iram, Ego legerim, pacem an iram nostram. Duplex scilicet stimulus capiendi arma in Romanos: siue quod pacem & seruitutem multi timerent, siue quod extrema ab iratis.

82. CATERVAQVE MAIORVM.] Lego, cateruamque nationum. Solitum ita Britannis Gallisque, struere aciem per nationes, ut discreta virtus eluceret.

83. AVT SERVITVTIS AETERNÆ.] Nescio an elegantius veriusque, aut seruitutis aeternae fore, voce deleta.

84. SPA.

A haut difficulter euadit. Vbi ventum ad aggerem, dum missilibus certabatur, plus vuln-
 rum in nos, & pleræque cædes oriebantur. Posteaquam factâ testudine, rudes & infor-
 mes saxorum compages distractæ; parque cominus acies; decedere Barbari in iuga
 montium. Sed eò quoque irrupere ferentarius grauisque miles. illi, telis assultantes;
 hi, conferto gradu; turbatis contrâ Britannorum ordinibus, apud quos nulla lori-
 carum galearumque regmina: & si auxiliariis resisterent, gladiis ac pilis legiona-
 riorum; si huc verterent, ⁸⁴ spatibus & hastis auxiliarium sternebantur. clara ea victoria
 fuit, captæque vxore & filiâ Caractaci, fratres quoque in deditionem accepti. Ipse
 (vt fermè intuta sunt aduersa) cum fidem Carthimandux reginæ Brigantum peti-
 uisset, vinctus ac victoribus traditus est, ⁸⁵ nono post anno quam bellum in Britan-
 niâ coeptum. Vnde fama eius euecta insulas, & proximas prouincias peruagata, per Ita-
 liam quoque celebrabatur: auebantque visere, quis ille, tot per annos, opes nostras
 spreuisset. Ne Romæ quidem ignobile Caractaci nomen erat. Et Cæsar dum suum
 decus extollit, addidit gloriam victo. Vocatus quippe vt ad insigne spectaculum popu-
 lus. Stetere in armis prætorix cohortes, campo qui ⁸⁶ castra præiacet. Tunc incedenti-
 bus regiis clientelis phaleræ torquesque, quæque externis bellis quæsierat, traducta;
 mox fratres & coniunx & filia: postremò ipse ostentatus. Ceterorum preces degeneres
 fuere, ex metu. At non Caractacus aut vultu demisso, aut verbis misericordiam requi-
 rens, vbi tribunali astitit, in hunc modum locutus est. *Si quando nobilitas & fortuna
 mihi fuit, tanta rerum prosperarum moderatio fuisset; amicus potius in hanc urbem, quam
 captus venissem: neque dedignatus esses claris maioribus ortum, pluribus gentibus imperan-
 tem, fœdere pacis accipere. Præsens fors mea vt mihi informis; sic tibi magnifica est. habui
 equos, viros, arma, opes. quid mirum, si hæc inuitus amisi? ⁸⁷ Nam si vos omnibus impe-
 ritare vultis, sequitur vt omnes seruitutem accipiant. Si statim deditus traderer; neque mea
 fortuna, neque tua gloria inclaruisset: & supplicium mei ⁸⁸ obliuio sequeretur. At si incolumem
 seruaueris, æternum exemplar clementiæ ero. Ad ea Cæsar veniam ipsique, & coniugi,
 & fratribus, tribuit. Atque illi vinculis exsoluti, Agrippinam quoque haut procul alio
 suggestu conspicuam, iisdem quibus Principem laudibus gratibusque venerati sunt.
 Nouum sanè, & moribus veterum insolitum, feminam signis Romanis præsidere. Ipsa
 semet partim à maioribus suis imperij sociam ferebat. Vocati posthac patres, multa &
 magna super captiuitate Caractaci disseruere. Neque minus id clarum, quam cum
 Siphacem P. Scipio, Persem L. Paullus, & si qui alij victos reges populo Ro. ostendè-
 rent. Censentur Ostorio triumphi insignia, prosperis ad id rebus eius, mox ambiguis: siue
 quòd amoto Caractaco, quasi debellatum foret, minus intenta apud nos militia fuit; si-
 ue hostes miseratione tanti regis, acrius ad vltionem exarsere. Præfectum castrorum, &
 legionarias cohortes exstruendis apud Siluras præfidiis relictas, circumfundunt. ⁸⁹ ac ni-
 citò vicis & castellis proximis subuentum foret; copiæ tum occidione occubuissent.*

Atque per-
uadunt.

Cadunt, aut
capiunt:
Cap. 36.
Ipse dux de-
ditus.

Et Romam
perductus.

Populoque,
vt in trium-
pho, ostenta-
tus.

Cap. 37.
Verba eius
erecta ad
Cajarem.

Veniam im-
petrat, cum
suis.

Cap. 38.

Triumpho-
lia Ostorio
decreta.

Cuius tamen
res mox in-
clinantur.

Præfe-

84. SPATIS ET HASTIS AVXILIARIVM.] Obser-
 ua diuersa arma inter legionarios, auxiliariisque.
 D illis gladios & pila; his spatibus & hastas tribuit. Spa-
 tibus autem, gladios maiores interpretatur Vegetius,
 lib. II. cap. XV.
 85. NONO POST ANNO.] Atqui bellum cepit Clau-
 dio tertium, L. Vitellio secundum Coss. vt Dio clarè
 tradidit: nec inde ad hunc diem plus annos septem
 numeraueris, vt suspicio iure numeralis mendii sit.
 Pugnans etiam hæc cum iis qua tertio Histor. scri-
 buntur: Carthimandua, inquit, Brigantibus impe-
 ritabat, pollens nobilitate: & auxerat potentia,
 postquam capto per dolum rege Caractaco in-
 struxisset triumphum Claudij Cæsaris videbatur.
 Nam triumphus Claudij aliquot annis anterior:
 nec in eo herclè ductus iste Caractacus. Vt nihil dici
 possit, quin Tacitum in Historiis aut memoria

sesellerit, aux prouexerit calor quidam scriptionis.
 86. CASTRA PRÆIACET.] Vatic. castris. Et sta-
 tim lego regis clientelis.
 87. NAM SI VOS OMNIBVS IMPERITARE.]
 Falso verò hoc & ineptè dicitur. Idne consequens, vt
 qui velit, quod velit, possit? Ego me Britannis regem
 esse volo: illi accipiant? Emendo priorem uoculam, &
 Num lego: atque ita sententiam interrogatione in-
 spiro. Ego, inquit, vobis me opposui. quid mirum? An
 quia vos omnibus imperare vultis, omnes statim
 imperari etiam velint? non hercules animosi nos &
 liberi.
 88. OBLIVIO SEQUERETVR.] Lego, sequetur,
 & distinctione sententiam expedit: Et supplicium
 mei, obliuio sequetur: at si incolumem, &c.
 89. AC NICITÒ VICIS.] Editione prisca, &
 quibusdam scriptis: citò nunciis. Suspicio, ni citis
 nuntiis

Præfectus tamen & octo centuriones, ac promptissimus⁹⁰ quisque manipulis cecidere: A
nec multo post pabulantis nostros, ipsasque missas ad subsidium turmas profligant.

Cap. 39.

Silures per-
uacaciter re-
sistunt Ro-
manis.

Tum Ostorius cohortes expeditas exposuit: nec ideò fugam sistebat, ni legiones præ-
lium excepissent. Earum robore æquata pugna, dein nobis pro meliore fuit. Effugere
hostes tenui damno, quia inclinabat dies. Crebra hinc prælia, & sæpius in modum la-
trocinijs: per saltus, per paludes, vt cuique fors, aut virtus: temerè,⁹¹ prouisa: ob iram, ob
prædam; iussu, & aliquando ignaris ducibus. ac præcipuâ Silurum peruaciâ, quos ac-
cendebat vulgata Imperatoris Ro. vox: vt quondam Sugambri excisi, & in Gallias
traiecti forent, ita Silurum nomen penitus extinguendum. Igitur duas auxiliares cohortes,
auaritiâ præfectorum incautiùs populantes, interceptere. Spoliâque & captiuos lar-
giendo, ceteras quoque nationes ad defectionem trahebant, cum tædio curarum fessus

Ostorius mo-
ritur:

Cap. 40.

Succedit
A. Didius.

Ostorius, concessit vitâ, lætis hostibus, tamquam ducem haut spernendum; & si non
prælium, at certè bellum absunisset. At Cæsar, cognitâ morte legati, ne prouincia sine
rectore foret, A. Didium suffecit. Is properè vectus, non tamen integras res inuenit, ad-
uersâ interim legionis pugna, cui Manlius Valens præerat. auctâque & apud hostes eius B
rei fama, quò venientem ducem exterrere. atque illo augente audita,⁹² vt maior laus

Res turbatas
Efluxas in-
uenit.

Venusius
Britanno-
rum dux.

compositi, vel si durauissent, venia iustior tribueretur. Silures id quoque damnum intu-
lerant, lateque persultabant, donec accursu Didij pellerentur. Sed post captum Cara-
ctacum, præcipuus scientiâ rei militaris Venusius è⁹³ Iugantum ciuitate, vt supra me-
morauimus, fidusque diu, & Romanis armis defensus, cum Carthimandua reginam matrimo-
nio teneret, mox orto dissidio, & statim bello, etiam aduersus nos hostilia induerat.
Sed primò tantum inter ipsos certabatur, callidisque Carthimandua artibus, fratrem ac
propinquos Venusij interceptit. Inde accensi hostes, stimulante ignominiâ,⁹⁴ ne feminæ
imperio subderentur, valida & lecta armis iuuentus regnum eius inuadunt. quod nobis
præuisum, & missæ auxilio cohortes acre prælium fecere, cuius initio ambiguo, finis læ-
tior fuit. Neque dispari euentu pugnatum à legione, cui Cæsius Nasica præerat. Nam
Didius senectute grauis, & multâ copiâ honorum, per ministros agere, & arcere hostem C
fatis habebat. Hæc, quamquam à duobus Ostorio Didioque proprætoribus plures per
annos gesta, coniunxi, ne diuisa haut perinde ad memoriam sui valerent. Nunc ad

Cap. 41.

A. V. C.

CCMIV.

Nero in vi-
ros transit.

temporum ordinem redeo. Ti. Claudio quintum, Ser. Cornelio Orfito Coss.⁹⁵ viri-
lis toga Neroni maturata, quò capeffendæ Reipub. habilis videretur. Et Cæsar adula-
tionibus senatus libens cessit,⁹⁶ vt vicesimo ætatis anno consulatum Nero iniret: atque
interim

nuntiis è castellis. nisi placet, nicitò municipiis &
castellis. *Malo etiam mox*, promptissimus quis-
que è manipulis cecidere. *Et*, cohortes expeditas
opposuit.

90. QVISQVE MANIPVLVS.] *Verius*,
è manipulis.

91. PROUISA.] *Verius*, prouisu.

92. VT MAIOR LAVS COMPOSITI,
VEL SI DVRAVISSENT.] *Iudicauit deesse*
olim aliquid. malè. Scribe tantum, compositis,
& sententia liquida erit.

93. IUGANTVM CIVITATE.] *Legit*, Brigantum,
Rodolphus. & sanè è tertio Historiarum ita apparet.
Nam quod hic ait supra se rettulisse, non lego id
quidem in his libris.

94. NE FEMINÆ IMPERIO SVBDE-
RENTVR.] *Vereor Tacite*, vt mens tibi præfens.
In tuis moribus, non in Britannorum fuisti, cum hæc
scripsisti. Numquid illis ignominiosum subdi feminæ?
Te igitur audi. Solitum quidem Britannis femina-
rum ductu bellare. *Quod clarè restatur Boudicæa*
tua, lib. XIV.

95. VIRILIS TOGA NERONI MATVRATA.] *Be-
nè, maturata. Non enim ex ritu populi Rom. debeba-
tur ante expletum annum XIV. At ipse, ineunte cepit.*
Tertullianus De animâ: Iura ciuilia abhinc (id est à
XIV. anno) agendis rebus attemperant. *Idem De*
virginib. veland. Ethnici feminas quidem à
XII. annis, masculos verò à duobus ampliùs ad D
negotia mittunt. *Nec alius sententiæ illud Cornelij*
infra l. XIII. Turbatus his Nero, & propinquo iam
die quo quartumdecimum ætatis annum Britan-
nicus explebat. *Nota quod ait*, explebat: quia tunc
referendus in viros, & ideò ab eo metus. *Vetus Hora-
tij interpres indicatum id voluit dum scribit*, Nobi-
les pueros prætextâ veste sub disciplinâ vsque ad
annum decimumquintum vsos. *scilicet quia tunc*
togâ eam mutabant virili. Hoc verum est. nec velim
pendere vltra viros doctos in Tyrocinijs legitimo die.
Nam quod Augustus alijs serius ceperint togam, ab
aliâ quâuis causâ fuit, non à lege aut more.

96. VT VICESIMO ÆTATIS ANNO.] *Decretum*
frustrâ. Consulatum enim inuit decimo septimo ætatis
anno: sed iam princeps, & legum securus.

97. PRO-

A interim designatus, ⁹⁷ proconsulare imperium extra urbem haberet, ac Princeps iuuentutis appellaretur. Additum nomine eius donatium militi, congiarium plebi. & ludicro Circensium, quod acquirendis vulgi studiis edebatur, Britannicus in prætextâ, Nero triumphalium veste transfuetti sunt. Spectaret populus hunc decore imperatorio; illum puerili habitu, ac perinde fortunam vtriusque præsumeret. Simul qui centurionum tribunorumque sortem Britannici miserabantur; remoti fictis caussis, & alij per speciem honoris. etiam libertorû si quis incorruptâ fide, depellitur. ⁹⁸ Tali occasione obuij inter se, Nero Britannicum nomine, ille Domitium, salutauere. Quod vt discordiæ initium, Agrippina multo questu, ad maritum defert: sperni quippe adoptionem, quæque censuerint patres, ⁹⁹ iusserit populus, intra penates abrogari: ac nisi ¹⁰⁰ prauitas tam infensa docentium arceatur, eruptura in publicam perniciem. Commotus his quasi criminibus Claudius, optimum quemque educatorem filij exsilio ac morte afficit: datosque à nouercâ, custodia eius imponit. Nondum tamen summa moliri Agrippina audebat, ni prætoriarum cohortium curâ exsoluerentur Lufius Geta, & Rufus Crispinus, quos Messallinæ memores & liberis eius deuinctos credebat. Igitur distrahi cohortes ambitu duorum, & si ab vno regerentur, intentiorem fore disciplinam asseuerante vxore, transfertur regimen cohortium ad Burrhum Afranium egregiæ militaris famæ, gnarum tamen cuius sponte præficeretur. Suum quoque fastigium Agrippina extollere altiùs, carpento Capitolium ingredi, qui mos ¹⁰¹ sacerdotibus, & ¹⁰² sacris antiquitùs concessus, venerationem augebat feminæ: quam Imperatore genitam, sororem eius qui re-

Princeps iuuentutis dicitur.

Omni in re Britannico præponitur.

Custodi fide ab isto amouentur. Cap. 42.

Burrhus Prætorio præfuit.

C 97. PROCONSULARE IMPERIVM.] *Initium fastigij Caesaribus: quod eâ mente etiam Germanico tributum fuit, lib. I.*

98. TALI OCCASIONE OBUII.] *Quæ hæc occasio? Non enim præcessit: nec ad Circenses velim referri. At tu distingue, Etiam libertorum si quis incorruptâ fide depellitur, tali occasione. Obuij inter se, &c. Remouendi enim ministros fidiore occasio, nata ex hoc, quod denarrat, facta.*

99. IVSSERIT POPVLVS.] *Rogata enim lex fuit, quâ in familiam Claudiam, & nomen Neronis transfiret, vt ait supra.*

100. PRAVITAS TAM INFENSA DOCENTIVM.] *Ita accipio, quasi dicat magistros eos esse ad iras & offensas. Romanus tamen prisca editionis codex, Prauitas tum impensa, præfert. quod magis approbo: id est, grandis, immodesta.*

101. SACERDOTIBVS, ET SACRIS.] *Emendatio à libris est. Nam vulgatâ quid ineptius, & sacris Druidibus? qui nihil ad res morésque Romanos. Ex quâ voce tamen Pythæus acutè, virginibus, faciebat. Sacerdotes, Vestales capio: sacra, deos ipsos statuâsque, quas pompâ Circensî traduci in carpentis mos fuit. De Vestalibus, Prudentius:*

Fertur per medias vt publica pompa plateas
Pilento residens molli.

Idemq; de sacerdotibus feminis vniuersè Artemidorus adsignificat lib. I. cap. LVIII. vbi curru in somniis per urbem vehi, liberis mulieribus & virginibus bona sacerdotia ait portendere. Scilicet quia id sacerdotum insigne. De vis aut consecratis, Sueton. Claudio cap. XI. Matri carpentum, quo per Circum duceretur. Item Calig. cap. XV. Matri Circenses carpentumque instituit, quo in pompâ traduceretur. Olim tamen commune fuisse videtur, vt matrone vulgò carpentis vterentur ad sacra. Ouidius:

Nam priùs Ausonias matres carpenta vehabant.

Hæc quoque ab Euandri dicta parente reor. *Linus l. XXXIV. Ne mulier iuncto vehiculo nisi sacrorum publicorum causâ veheretur. Sed exoleuit scilicet ille mos, utique post repertas lecticas. & mansit saltem in veneratione sacerdotum, deorumque. Prima Messallina honorem hunc à Senatu cepit: Καὶ τῆ Μεσσαλίῃ, ait Dio, τὸ ἀγεῖν ἐλευθερῶν καὶ ἡ Διετὰ ἐξήκει, καὶ τὸ καρπέντων ὀρηθῆναι. & iuxta eam Agrippina nunc, de quâ idem scriptor: Καὶ ἡ μὲν ταχὺ καὶ ἂν τὴν Μεσσαλίαν ἐβύβιτο, καὶ μάλα οὐκ καὶ πρὸς ἀλλὰς τε καὶ τὸ καρπέντων ἐν ταῖς πανηγύρεσι χρῆσθαι ὡς ἂν βελῆς ἐλαβεν. Posteaque etiam * Præfetti prætorio carpentis vsi, & (nisi Vopisci locus in Aureliani initio fallit) etiam Præf. urbis. Et mos satis certus: hereo in Cornelianâ saltem lectione. Ait in Capitolium ingredi carpento, concessum Agrippinæ. quid? in Capitolium tantum? vereor vt nimis anguste: & certè non ad exemplum Messallinæ, quæ etiam carpento mariti sui currum secuta, triumphantis. Denique Dio laxè, ἐν ταῖς πανηγύρεσι ait: id est, per festos omnes dies letòsque. Nec tamen muto quidquam aut repono. Carpentis formam veram erues ex Numis Agrippinæ: & qui differat à rheda, aliquid apud Pausaniam lib. V. in descriptione Olympiæ ludorum.*

102. SACRIS DRUIDIBVS.] *Vox reicula vnde irrepsit, merito quero. non enim fortuita est, nec à librario temerè inculcata. Galli sanè olim vsi carpentis, scio, sed pugna causâ, non honoris: nec Druides soli, sed vulgus. Suspiciari liceat (proinde vt fracti hi libri sunt) scriptum hic aliquid de Druidibus fuisse. quorum religionem noménque, quantum in se fuit, Claudius sustulit, Seneca in Menipp. eâ Claudianâ, & Suetonio teste. Etsi Plinio ad Tiberium id referre visum, lib. XXX. Tiberij Cæsaris, inquit, principatus sustulit Druidas Gallorum, & hoc genus vatum medicorumque. Sed Tiberium scilicet in vrbe tantum sustulisse, Claudium in Gallia ipsâ.*

* Cassiodor. l. VI. in formulâ præf. præf. Symmachus lib. X di. finct. XVII.

Vitellius
maiestatis
aefertur.
Sed Agrippina
eumeripit.

Cap. 43.
Prodigia Roma.

Annona penuria.

Cap. 44.
Mors in
Armeniâ.

Rhadamistus
regni
avidus.

In Armeniam
mittitur.

Patruo dolum
struit.

Cap. 45.

Et tandem
apertâ ag-
greditur.

rum potitus sit, & coniugem & matrem fuisse, ¹⁰³ vnicum ad hunc diem exemplum est. Inter quæ præcipuus propugnator eius Vitellius, validissimâ gratiâ, ætate extremâ (adeo incertæ sunt potentium res) accusacione corripitur, deferente Iunio Lupo senatore. Is crimina maiestatis, & cupidinē imperij obiebat. Præbuissetque aures Cæsar, nisi Agrippinæ minis magis quam precibus mutatus esset, vt accusatori aquâ atque igne interdiceret. ¹⁰⁴ Hactenus Vitellius voluerat. Multa eo anno prodigia euenere. In festum diris auibz Capitolium: crebris terræmotibus prorutæ domus: ac dum latrûs metuitur, trepidatione vulgi, inualidus quisque obtritus. Frugû quoque egestas, & orta ex eo fames, in prodigium accipiebatur. Nec occulti tantum questus; sed iura reddentem Claudium circumuaserê clamoribus turbidis, pulsûmque in extremam fori partem vrgebant, donec militum globo infestos perripit. ¹⁰⁵ Quindecim dierum alimenta vrbi non amplius superfuisse constitit. magnâque deûm benignitatē, & ¹⁰⁶ modestiâ hiemis, rebus extremis subuentum. ¹⁰⁷ At herculè olim ex Italiæ regionibus longinquas in prouincias commectus portabant. nec nunc infecunditate laboratur, sed Africam potius & Ægyptum exercemus, nauibusque & casibus vita populi Romani permisa est. Eodem anno bellum inter Armenios Hiberosque exortum, Parthis quoque ac Romanis grauissimorum inter se motuum causa fuit. Genti Parthorum Vologeses imperitabat, maternâ origine expellice Græcâ, concessu fratrum regnum adeptus. Hiberos Pharasmanes vetustâ possessione, Armenios frater eius Mithradates obtinebat opibus nostris. Erat Pharasmani filius nomine Rhadamistus, decorâ proceritate, vi corporis insignis, & patrias artes edoctus, clarâque inter accolos famâ. Is modicum Hiberiæ regnum senectâ patris detineri ferocius crebriusque iactabat; quàm vt cupidinem occultaret. Igitur Pharasmanes iuuenem ¹⁰⁸ potentiæ promptæ, & studio popularium accinctum, vergentibus iam annis suis metuens, aliam ad spem trahere, & Armeniam ostentare, pulsus Parthis datam Mithradati à semet memorando: sed vim differendam, & potiore dolum, quò incautum opprimerent. Ita Rhadamistus simulatâ aduersus patrem discordiâ, tamquam nouercæ odiis impar, pergit ad patrum. multaque ab eo comitate in speciem liberum cultus, primores Armeniorum ad res nouas illicit, ¹⁰⁹ ignaro & ornante insuper Mithradate. Reconciliationis specie assumptâ, regressus ad patrem, ¹¹⁰ quæ fraude confici potuerint prompta nuntiat, cetera armis exsequenda. Interim Pharasmanes belli causas confingit. prælianti sibi aduersus regem Albanorum, & Romanos auxilio vocanti fratrem aduersatum; càmque iniuriam excidio ipsius vitum iturum. Simul magnas copias filio tradidit. Ille irruptione subitâ territum exutumque campis Mithradatem, compulit in Castellum Gorneas, tutum loco ac præsidio militum, quâs Cælius Pollio præfectus, centurio

103. VNICVM AD HVNC DIEM EXEMPLVM EST.] Inter Romanos dumtaxat. aliâs parum cauta adfirmatio: sicut & illa Pliniana l. VII. nisi restringas ad Græcos. Vna feminarum in omni æuo Lampido Lacedæmonia reperitur, quæ regis filia, regis vxor, regis mater fuit. Nam apud Aegyptios aliôsque Barbaros sunt exempla.

104. HACTENVS VITELLIVS VOLVERAT.] Potuisset enim scire in mortem eius: sed contentus hâc quasi deportatione fuit.

105. QVINDECIM DIERV M ALIMENTA.] Id est, Canon dierum XV. Maius autem isto periculum sub Caio; cum septem aut octo certè dierum cibaria tantum superfuisse Seneca notat ad Paulinum, capite XVIII.

106. MODESTIA HIEMIS.] Ita capio vt dicat modestiâ & quietâ, præter solitum, hieme anni, frumentum nauibus subuectum: quod aliâs hieme aduehi, non moris. Vide Suetonium, cap. XVIII. Hæc scriptura codicum. alij tamen, modestiâ vrbs, alij, molestiâ hiemis reponunt. male, male.

107. AT HERCVLE OLIM.] Querela quæ expressâ videri possit ex illâ Varronianâ: Igitur quod nunc intra murum ferè patres familiæ correperunt, & manus mouere maluerunt in teatro ac Circo quàm in segetibus ac vinetis: frumentum locamus qui nobis aduehant, quâ saturi fiamus, ex Africâ & Sardinia. Post bella certè ciuilia, & fuscum tantum sanguinis, Italiæ inducta vastitas. Lucani eâ in re sententias opera sit legere lib. VII.

108. POTENTIÆ PROMTÆ.] Malo, promptum.

109. IGNARO ET ORNANTE IN SVPER MITHRADATE.] Ita emendavi, nescio an rectè. Distinctione potius peccatum est, scribendumque: Ignaro & ornante i. Mithradate, reconciliationis specie, &c. sententiâ continuante.

110. QUÆ FRAUDE CONFICI.] Ita emendauimus. Male vulgò, quâ fraude confici potuerit, promptè nuntiat. sententia est. parata sibi promptaque, quæ ad fraudem spectent: cetera vim requirere.

A centurio Casperius præerat. Nihil tam ignarum barbaris, quàm machinamenta & astus oppugnationum. At nobis ea pars militiæ maximè gnara est. Ita Rhadamistus frustra vel cum damno tentatis munitionibus, obsidium incipit. Et cum vis negligenter, avaritiam præfecti emeretur; obtestante Casperio, ne socius rex, ne Armenia donum populi Romani, scelere & pecuniâ venderentur. Postremò quia multitudinem hostium Pollio, iussa patris Rhadamistus obtendebant; pactus inducias abscedit: ut nisi Pharasmanem bello absterruisset, ¹¹¹ T. Vinidium Quadratum præsidem Syriæ doceret, quo in statu Armeniæ forent. Digressu centurionis velut custode exsolutus præfectus, hortari Mithradatem ad sancendum fœdus; *coniunctionem fratrum, ac priorem ætate Pharasmanem, & cetera necessitudinum nomina referens, quòd filiam eius in matrimonio haberet, quòd ipse Rhadamisto socer esset. Non abnuere pacem Hiberos, quamquam in tempore validiores, & satis cognitam Armeniorum perfidiam. nec aliud præsidij quàm castellum * commeatu egenum. ne dubitaret armis,* ¹¹² quàm incruentas condiciones malle. Contante ad ea Mithradate, & suspectis præfecti consiliis quòd pellicem regiam polluerat, inque omnem libidinem venalis habebatur; Casperius interim ad Pharasmanem peruadit: utque Hiberi obsidio decedant, exoptulat. Ille propalam incerta, & sæpiùs molliora respondens secretis nuntiis monet Rhadamistum, oppugnationem quoquo modo accelerare. Augetur flagitij merces, & Pollio occultâ corruptione impellit milites, ut pacem flagitarent, seque præsidio abituros minitarentur. Quâ necessitate, Mithradates diem locumque fœderi accepit, castelloque egreditur. Ac primò Rhadamistus in amplexus eius effusus, simulare obsequium, fœderum ac parentem appellare. Adicit iusiurandum, non ferro, non veneno vim allaturum: simul in lucum propinquum trahit, ¹¹³ prouisum illic sacrificium imperatum dicitans, ut diis testibus pax firmaretur. Mos est regibus quoties in societatem coëant, ¹¹⁴ implicare dextras, pollicesque inter se vincire, nodoque præstringere. Mox ubi sanguis in artus extremos se effuderit, leui ictu cruorem eliciunt, atque inuicem lambunt. Id fœdus arcanum habetur, quasi mutuo cruore sacratum. Sed tunc qui ea vincula admouebat, decidisse simulans genua Mithradatis inuadit, ipsumque profert: simulque concursu pluriù ¹¹⁵ iniiciuntur catenæ, ac compedes (quod dedecorum

Præf. Ro-
mani perfidiam:

Cap. 46.

* Farn. com-
meatum

Et libido.

Qui prodit
Mithradatem.

Cap. 47.

Is in vincula
datur.

Bar-

III. T. VINIDIUM QUADRATVM.] *Vatic. liber, Tumidum. Verum nomen, Numidium. Ex Iosepho libro XX. qui vocat disertè, Νυιδιον Κοδράτου τῆς Συρίας δεγεσνύστα. Sed & Plinius in epistolis non vno loco docet gentile nomen Quadratorum Numidium esse. Ita lib. VI. Numidia Quadratilla nominatur: libro VII. Numidius Quadratus adolescens.*

112. QVAM INCRUENTAS CONDICTIONES.] *Ego, incruentâ conditione. At Grotius, τὸ quàm deletum it.*

D 113. PROVISVM ILLIC SACRIFICIUM.] *Superfluit verbum alterum. quid enim refert prouisum sacrificium, an imperatum dixeris? Vera, puto, lectio: prouisu suo illic sacrif. siue etiam: prouisum illic ac sacrif. paratum. Video alios explicare vulgatum, Prouisum ibi sacrificium, quod imperasset: sed ubi de imperato legitur? nisi intellegit à seipso imperatum.*

114. IMPLICARE DEXTRAS.] *Morem hunc sanciente priuatim publicèque amicitie usitatos esse Scythas, Armenios, & in eâ orâ gentes legi. De Scythis Lucianus in Toxari, siue de Amicitia: Οὐ γὰρ ἐντέμοντες ἀπαξ τὰς δακτύλους, ἐνσαλάξωμεν τὸ αἷμα εἰς κόλωνα, καὶ τὰ ἔξω ἀναβάψαντες, ἀμα ἀμφοτέρω ὀπλοφόμοι, πῶμεν, ἐκ ἑστῆ, π μετὰ τῶν ἡμῶν δαλύσειεν αὐν. Mela lib. I. cap. II. Ne fœdera quidem incruenta sunt: fauciant se qui paciscuntur, exemplumque sanguinem, ubi permiscuere, degultant.*

De Armeniis Valerius lib. IX. Sariafter aduersus patrem suum Tigranem Armeniæ regem ita cum amicis consensit, ut omnes dextris manibus sanguinem mitterent, atque eum inuicem sorberent. Et vniuersè Tertullianus Apologetico: Legite necubi relatum sit, diffusum brachius sanguinem ex alterutro degustatum, nationes quasdam fœderi comparasse. Nescio quid & sub Catilinâ degustatum est. Atque is mos, patrum etiam æuo, passim repertus ab Hispanis, apud Barbaros noui orbis. Sed nec Romanis ipsis ignota cruenta potio quæ Assiratum iis dicta, quoniam Assir, sanguis, ut aiunt Glosse. Festum ita capio: Assiratum apud antiquos dicebatur genus quoddam potionis ex vino & sanguine temperatum, quòd Latini prisca sanguinem Assir vocarent. Etsi fortasse ea potio olim in sacris. quod suadere videtur Sallustius. Fuere, inquit, qui dicerent Catilinam humani corporis sanguinem vino permixtum in pateris circumtulisse. inde cum post execrationem omnes degustauissent, sicuti in sollennibus sacris fieri consuevit, apperuisse consilium suum. At enim consuetum id in sollennibus sacris. Silius videatur innuere, libro II.

Parte aliâ simplex infernis Annibal aris Arcanum Stygiâ libat cum vate cruorem.

115. INIICIUNTUR CATENÆ, AC COMPEDES.] *Hæsi ipse olim in his vinclis: unde facile me nunc expedio, scriboque: iniiciuntur catenæ: ac com-*

com-

Barbaris) trahebatur. Moxque vulgus duro imperio habitum, probra ac verbera intentabat. Et erant contra, qui tantam¹¹⁶ fortunæ commutationem miserarentur. Secutaque cum paruis liberis coniunx, cuncta lamentatione complebat. Diuersis & coniectis vehiculis abduntur, dum Pharasmanis iussa exquirentur. Illi cupido regni fratre & filiâ potior, animusque sceleribus paratus. visui tamen consuluit, ne coram interficerentur. Et Rhadamistus quasi iurifurandi memor, non ferrum, non venenum in sororem & patruum expromit, sed proiectos in humum, & veste multâ grauique opertos necat. Filij quoque Mithradatis, quod cædibus parentum illacrymauerant, trucidati sunt. At Quadratus cognoscens proditum Mithradatem, & regnum ab interfectores obtineri, vocat concilium, docet acta, & an vlsceretur consultat. Paucis decus publicum curæ: plures tuta differunt.¹¹⁷ *Omnes scelus externum, cum letitiâ habendum. Semina etiam odiorum iacienda, ut sæpè Principes Romani eandem Armeniam specie largitionis, turbandis Barbarorum animis præbuerint. Potiretur Rhadamistus malè partis, dum inuisus, infamis. quando id magis ex usu, quàm¹¹⁸ si cum gloriâ adeptus foret.* In hanc sententiam itum. Ne tamen annuisse facinori viderentur, & diuersa Cæsar præciperet, missi ad Pharasmanem nuntij, vt abscederet à finibus Armeniis, filiumque abstraheret. Erat Cappadociæ procurator Iulius Pelignus, * ignaui animi, & deridiculo corporis iuxta despiciendus. sed Claudio perquam familiaris,¹¹⁹ cum priuatas olim conuersationes curaret, iners otium oblectaret. Is Pelignus auxiliis prouincialium contractis, tamquam recuperaturus Armeniam, dum socios magis quàm hostes prædatur, abscessu suorum, & incurfantibus Barbaris, præsidij egens, ad Rhadamistum venit, donisque eius cuius, vltro regium insigne sumere cohortatur: sumentique adest auctor & satelles. Quod vbi turpi famâ diulgatum; ne ceteri quoque ex Peligno coniectarentur, Heluidius Priscus legatus cum legione mittitur, rebus turbidis pro tempore vt consuleret. Igitur properè montem Taurum transgressus, moderatione plura quàm vi composuerat: cum redire in Syriam iubetur, ne initium belli aduersus Parthos exsisteret. Nam Vologeses casum inuadendæ Armeniæ obuuisse ratus, quam à maioribus suis possessam, externus rex flagitio obtineret, contrahit copias, fratremque Tiridatem deducere in regnum parat, ne qua pars domus sine imperio ageret. Incessu Parthorum, sine acie pulsi Hiberi: vrbesque Armeniorum Artaxata & Tigranocerta iugum accepere. Dein atrox hiems, seu parum prouisi comatus, & orta ex utroque tabes, perpellunt Vologesen omittente præsentia. vacuamque rursus Armeniam Rhadamistus inuasit, truculentior quàm antea, tamquam aduersus defectores, & in tempore rebellaturos. Atque illi quamuis seruitio sueti, patientiam abrumpunt, armisque regiam circumueniunt. Nec aliud Rhadamisto subsidium fuit, quàm pernitas equorum, quâ seque & coniugem abstulit. Sed coniunx grauida, primam utcumque fugam ob metum hostilem & mariti caritatem tolerauit. post festinatione continuâ, vbi quati vterus, & viscera vibrantur, orare vt morte honestâ contumeliis

Denique spiritum exiit.

Cap. 48. Romani de liberant de vlciscendo.

Sed absunt. Cap. 49. Iulius Pelignus conatur aliquid: * ignauiâ

Infeliciter.

Et transit ad hostem.

Cap. 50. Parthi Armeniam inuadunt:

Nec succiunt.

Cap. 51. Rhadamistus à suis pellitur.

compede, quod dedecorum Barbaris, trahebatur. Ad morem Romanum Tacitus narrat. Iniecit, inquit, catene: imò & oblongâ compede per viam tractus. qui ritus apud Romanos quidem receptus est in custodia militari; at apud Barbaros dedecori habetur & ignominie summe. Verissima lectio, sententiæque. Ita Athenion Manium Aquillium (quasi per summam ignominiam) tractum describit ab equite catenam longam habente. quem locum omnino vide transcriptum à me ex Athenæo supra De custodia militari, lib. III.

116. FORTUNÆ COMMUTATIONEM.] Malè vulgò, commotionem.

117. OMNES SCELVS EXTERNVM.] Sententiæ reddita lux, si scribas, Omne scelus, litterâ detractâ; vt sint verba ex oratione censentium.

118. SI CVM GLORIA ADEPTVS.] Scribo hæc om-

nia: quanto id magis ex usu, quàm si cum gloriâ adempta forent? At nunc (vltimus curis) video, explicare Pichenam quod vulgatum est: Magis hoc ex usu Romano, si cum infamiâ, quàm si cum gloriâ regnum adeptus: quia scilicet incertior futurus, odiosus magis obnoxius. Non damno.

119. CVM PRIVATAS OLIM.] Deprecor inuidiam: sed profectò hunc locum, si quem alium, propitiis Musis restitui, hoc modo: Cùm priuatus olim conuersatione scurrarum iners otium oblectaret. Claudius ante imperium vilis, abiectus, scurris & sordidissimis hominibus conuixit: è quorum contubernio super veterem segnitie notam, ebrietatis quoque & alex infamiam subiit, ait Sueton. cap. v. Inter eos hic Pelignus. Libri veteres, quorum vestigia insitit, habent: cum priuatis olim conuersationes curaret, iners otium oblectaret. vnus Vatican. conuersationes, pro, conuersationes.

A liis captiuitatis eximeretur. Ille primò amplecti, alleuare, adhortari, modò virtutem admirans, modò timore æger, ne quis relictâ potiretur. Postremò violentiâ amoris, & facinorum non rudis, distringit acinacem, vulneratâque ad ripam Araxis trahit, flumini tradit, ne corpus etiam auferretur. Ipse præceps Hiberos ad patrium regnum peruadit. Interim Zenobiam (id mulieri nomen) placidâ illuue, spirantem, ac vitæ manifestam, ¹²⁰ aduertere pastores; & dignitate formæ haud degenerem reputantes, obligant vulnus, agrestia medicamina adhibent; cognitoque nomine & casu, in urbem Artaxata ferunt. vnde publicâ curâ deducta ad Tiridatem, comiterque excepta, cultu regio habita est.

Vxorem, ut putat, interf. it.

Fausto Syllâ, Saluio Othone Coss. Furius Scribonianus in exsilium agitur, quasi finem Principis per Chaldæos scrutaretur. adnectebatur crimini Iunia mater eius, vt casus prioris (nam relegata erat) impatiens. Pater Scriboniani Camillus arma per Dalmatiam mouerat. Idque ad clementiam trahebat Cæsar, qui stirpem hostilem iterum conseruaret. Neque tamen exsuli longa posthac vita fuit: morte fortuitâ, an per venenum extinctus esset, vt quisque credidit, vulgauere. De mathematicis Italiâ pellendis factum Senatusconsultum, atrox & irritum. Laudati dehinc oratione Principis, qui ob angustias familiares ordine senatorio sponte cederent, motique qui remanendo impudentiam paupertati adiicerent. Inter quæ, refertur ad patres de pœnâ feminarum, quæ seruis coniungerentur. Statuiturque vt ignaro domino ad id prolapsa, ¹²¹ in seruitutem sui consentisset, & qui nati essent, pro libertis haberentur. ¹²² Pallanti, quem repertorem eius relationis

Cap. 52.

A. V. C. CCMV. Furius in exsilium pulsus.

Item Mathematici.

Cap. 53.

Senatusconsultum super muliebri libidine.

120. ADVERTERE PASTORES.] *Sic lib. II. Octo aquilæ petere filuas visâ aduertere Imperatorem. Id verbum eâ notione reddendum Liiuo, lib. I. de Metio Curtio in paludem coniecto: aduerteratque ea res etiam Sabinos tanti periculo viri. id est, conuerterat illuc animos oculosque Sabinorum. Nam libris omnibus, auerterat, scriptum, alio sensu.*

121. IN SERUITUTEM SVI CONSENSISSET.] *Non prompta lectio sententiæque huius loci: mihi quidem. Nam aliis omnia liquent. Aiunt non dubiam sententiam esse hanc: mulierem liberam, quæ cum alieno seruo solita sit domino insciente, seruam fieri velut proprio consensu: & natos item ex iis, liberos non haberi. Itaque nunc nuper ecce emendauit vir doctus; vt ignaro domino ad id prolapsa, in seruitutem, ceu consentisset: & qui nati essent, pro liberis ne haberentur. Sed mihi, per bonam gratiam, ius sit dissentire. Nego alterum illud membrum, de natis ex eo cætu in seruitutem habendis, vsquam repperiri in legum libris: aio contra ius esse. Favor libertatis exposcit, vt nati è libera sint liberi: adeoque superueniens calamitas matris, nocere ei qui in utero est non debet, vt sufficiat matrem liberam vel medio tempore habuisse. Paulus lib. II. Sentent. tit. XXIV. Marcianus l. V. De statu hominum. Quo iure ergo serui isti? Clementius vulgata lectio aiebat, pro libertis haberentur: sed non veriùs. Quomodo enim libertus, qui numquam seruus? Adde quod manuscriptis vestigium nullum eius membri. verba, inquam, ea, & qui nati essent, absunt manuscriptis omnibus, etiam Budensi. Vt mihi quidem Farnesiani codicis scriptura certa sit: vt ignaro domino ad id prolapsa, in seruitute: si consentisset, pro liberta haberetur. Optimè. Duplex videlicet eius Scii membrum, in eas quæ ignaro, quæq; sciente domino, peccatum id peccassent. Et si quidem ignaro, ait lex: serua esto. sin volente; habetor pro libertâ. Omnino enim propositum legislatori à seruili contubernio abstinere lubricum sexum: & siue sciente siue inscio domino ea mixtio, posuit pœnam. sed ἀναλόγως, & pro gradu noxæ intentiorem, remissiorémque. Sed*

cui rei, inquires, fuerit pro libertâ? Huic, vt vinculo aliquo teneatur domino serui, ad operas libertorum aliâq; eius ordinis præstanda. Ius item domino in femine bonis: & quidquid in veram libertam. Sed rectè, pro libertâ: non enim liberta verè. Rettulit hoc ipsum decretum postea (credo quia aboluerat, licentiâ temporum, & inusu) Vespasianus Princeps, de quo Suetonius: Auctor Senatui fuit decernendi, vt quæ se seruo alieno iunxisset, ancilla haberetur. ita tamen, vt apud Iurisconsultos nomen manserit consulti Claudiani: non à Claudio Pallante, qui repertor, sed à Claudio Principe qui rettulit. Tertullianus item adspexit, ad vxorem lib. II. Nonne insuper censuerunt (Romani) seruituti vindicandas, quæ cum alieno seruo, post dominorum denunciationem, in consuetudine perseverarunt? Plura ad hanc rem petes, si opera tibi est, à P. Fabro libro I. Semestr. cap. XXV. Reuerà enim ad asciam factum, quidquid dedolauit ille faber.

122. PALLANTI PRÆTORIA INSIGNIA.] *De quo inscriptio:*

TI. CLAVDIVS. AVG. L.
PALLAS
HVIC. SENATVS. OB. FIDEM
PIETATEM. QVE. ERGA
PATRONOS. ORNAMENTA
PRÆTORIA. DECREVIT
ET. H-S. CENTIES. QVIN
QVAGIES. CVIVS. HONORE
CONTENTVS. FVIT

Et indignatur iure in hoc factò maior Plinius, libro XXXV. (ad Pallantem enim ea refero) cap. pœnult. Hoc est insigne vœnalitatis gregibus, opprobriumque insolentis fortunæ. quos & nos aded potiri rerum vidimus, vt prætoria quoque ornamenta decerni à Senatu, iubente Agrippinâ Claudij Cæsaris, viderimus: tantumque non cum laureatis fascibus remitti illò vnde cretatis pedibus aduenissent. Itémque minor libro VIII. epistolarum epistol. V. quem vide.

*Adulatio in
Pallantem*

Cap. 54.
*Fel. x. iud. a
Praf. d. us.*

*Res ibi tur-
bat.
Itémque
Ventidius.*

*Quadratus
componit.*

Cap. 55.
*In Ciliciá
motus.
* Vat hic &
infra, Ato-
loboto*

tionis ediderat Cæsar, prætoria insignia, & centies quinquagies sestertium censuit con-
sul designatus ¹²³ Barea Soranus : additum à Scipione Cornelio, grates publicè agen-
das, quòd ¹²⁴ regibus Arcadiæ ortus, veterrimam nobilitatem vsui publico postpone-
ret, seque inter ministros Principis haberi sineret. Assueverat Claudius, contentum ho-
nore Pallantem, intra priorem paupertatem subsistere. Et ¹²⁵ fixum est publico Sena-
tusconsulto, quo libertinus sestertij ter millies possessor, antiquæ parcimoniæ laudibus
cumulabatur. At non frater eius cognomentum ¹²⁶ Felix pari moderatione agebat, iam-
pridem Iudææ impositus, & cuncta malefacta sibi impunè ratus, tantâ potentiâ sub-
nixo. Sanè præbuerant Iudæi speciem motus ortâ seditione, postquam ¹²⁷ cognitâ cæ-
de Caij haut obtemperatum esset. manebat metus, ne quis Principum eadem imperita-
ret. Atque interim Felix intempestiuus remedijs delicta accendebat, æmulo ad deterri-
ma Ventidio Cumano, cui pars provinciæ habebatur : ita diuisis, vt huic Galilæorum
natio, ¹²⁸ Felici Samaritæ parerent discordes olim, & tum contemptu regentium minùs
coërcitis odiis. Igitur raptare inter se, immittere latronum globos, componere insidias, &
aliquando præliis congregi, spoliaque & prædas ad procuratores referre. Hi que primò
lætari, mox gliscente pernicie, cum arma militum interiecissent, cæsi milites. Arsissetque
bello provincia, ni Quadratus Syriæ rector subuenisset. Nec diu aduersus Iudæos, qui in
necem militum proruperant, dubitatum, quin capite pœnas luerent : Cumanus & Felix
contationem afferebant, quia Claudius causis rebellionis auditis, ius statuendi etiam
de procuratoribus dederat. Sed Quadratus Felicem inter iudices ostentauit, receptum in
tribunal, quò studia accusantium deterrentur. ¹²⁹ damnatusque flagitiorum, quæ duo
deliquerant, Cumanus, & quies provinciæ reddita. Nec multo post agrestium Cilicum
nationes, quibus Clitarum cognomentum, sæpè & aliàs commotæ, tunc * Trosobore
duce, montes asperos castris cepère. Atque inde decursu in litora aut vrbes, vim cultori-
bus ac opidanis, ac plerumq; in mercatores & nauicularios audebant. Obsessaque ciuitas
Anemu-

123. BAREA SORANVS.] *Lego in lapide,
Q. MARCIO. BAREA.*

T. RVSTIO. NVMMIO. COSS.

Si de isto; habemus viri celebri gentile nomen.

124. REGIBVS ARCADIÆ ORTVS.] *Vide quæso
mancipium hoc togatum. Pallantem ad regum stirpem
refert: credo, quia Pallas aliquis Virgilio alijsq; in-
ter Arcadum reges. O opprobrium omnium Scipio-
num: & dignissime domino Pallante! Nos hunc ne-
quissimum seruum trans mare aduectum inter vana-
les, ex Plinio scimus: & eundem Antonie matri ser-
uisse, ex Iosepho lib. XVIII. qui Πάλλαντα appellat
τὸν πεισιότατον τῶν δ' ἄλλων αὐτῆς. Ab eâ ergo ad Clau-
dium peruénit.*

125. FIXVM EST PVBLICO.] *Ita libri scripti: &
non abhorret à Cornelianâ phrasi. At vulgò, ære pu-
blico, legas, non sine additamenti suspitione.*

126. FELIX IAMPRIDEM.] *Non herclè ita pri-
dem, si Iosepho in gentili historiâ credendum. Præpo-
situs enim demum Iudææ est, post damnatum Cuma-
num. Iosephus lib. 22. Ἰουδαίῃς ἀλώσεως, cap. XXII.
clarè: Μετὰ ταῦτα, inquit, Ἰουδαίας μὲν ἐπίτροπον
Φήλιππον τὸν Πάλλαντος ἀδελφὸν ἐπέειπε τῆς τε Γα-
λιλαίας καὶ Σαμαρείας καὶ Περσίας. Vt fortassè hic re-
scribendum sit, Felix haut pridem Iudææ imposi-
tus. Hinc libertum, Claudium Felicem Iosephus, Sui-
das, Zonaras nominant: at Antonium Felicem Tacit-
us l. v. Histor. Antonius Felix per omnem sæui-
tiam ac libidinem, ius regium seruili ingenio
exercuit. Ne te turbet; scies plerosque istos è libertis
Antonie matris fuisse: eoque binomines, aliàs prin-
cipis, aliàs patronæ mortuæ nomen tulisse.*

127. COGNITA CEDE CAIJ. *] *Lacuna hic &
hiatus. quem tamen ab historiâ facillè explerem. Tan-
git enim motum illum Iudæorum, qui Caligulâ impe-
rante fuit, ob statuas eius in templo erigi & coli iussas.
Tacitus lib. v. Histor. Dein iussi à C. Cæsare effigiem
eius in templo locare, arma potius sumpsere.
quem motum Cæsaris mors diremit. Et discere rem
omnem è Iosepho lib. II. Αλώσεως. itémque XX. Αρ-
χαολογίας. Tangit, adsero, illum motum. argumento
claro in his verbis: Cognitâ cæde Caij, & : mane-
bat metus, nequis principum eadem imperitaret.
Qui aliter medicinam adferunt, aberrant. Sed quid
hoc, inquirunt, ad Felicem, qui tanto post successit?
Nam ille quidem motus Petronio procuratore fuit.
Dicam, Repetit rem ab alto Tacitus; & inuicia recenset
motuum secutorum. quos auxit accenditq; infelix iste
Felix. Apud Suidam tamen alterius mentio turba, cui
componenda Felix electus: Στασιασάντων (inquit in
voce Κλαύδιος) τῶν Ἰουδαίων καὶ Χερσιανῶν, ἀρχοντα
ἐπέστησεν αὐτοῖς Κλαύδιον Φήλιππον, κελεύσας αὐτῶν
πρωρεῖσθαι τῆς τῆς.*

128. FELICI SAMARITÆ PARERENT.] *Apud
Iosephum Felicis adhuc nullæ partes: contraque Cu-
manus à Samaritis stetit legetur. Sed tu eum vide,
non vnâ in re à nostro dissentientem, lib. XX. Antiq.
cap. IV. V.*

129. DAMNATVS FLAGITIORVM.] *Aperitè ma-
gis & distinctè scriptor Iudæus. Negat à Quadrato
damnatum Cumanum, sed ipsum cum Celere Tribuno
missum ad Cæsarem, qui de re cognosceret statueret-
que. Ita Cumanus exsilium irrogatum: Celere remif-
sum Hierosolyma, & vicatim discerptum.*

A Anemuriensis, & missi è Syria in subsidium equites cum præfecto Curtio Seuero turbantur: quòd duri circum loci, peditibusque ad pugnam idonei, equestre prælium haut patiebantur. Dein rex eius oræ Antiochus, blandimentis aduersus plebem, fraude in ducem, cum Barbarorum copias dissociasset; Trosobore paucisque primoribus interfectis, ceteros clementiâ composuit. Sub idem tempus, inter lacum Fucinum amnemque Lirin perrupto monte, quò¹³⁰ magnificentia operis à pluribus viseretur, lacu in ipso nauale prælium adornatur, vt quondam Augustus structo¹³¹ cis Tiberim stagno, sed leuibus nauigiis & minore copiâ ediderat. ¹³² Claudius triremes quadriremesque & vndeuginti hominum milia armavit, ¹³³ cincto ratibus ambitu, ne vaga effugia forent: attamen spatium amplexus, ad vim remigij, & gubernantium artes, impetusque nauium prælio solitos. in ratibus prætoriarum cohortium manipuli turmæque; adstiterant, antepositis propugnaculis, ex quibus catapultæ balistæque tenderentur. Reliqua lacus, ¹³⁴ classarij tectis nauibus obtinebant. Ripas & colles, ac montium edita in modum theatri, multitudo innumera compleuit, proximis è municipiis, & alij vrbe ex ipsâ, visendi cupidine, aut officio in Principem. Ipse insigni paludamento, neque procul ¹³⁵ Agrippina chlamyde auratâ præfedere. Pugnatum, quamquâ inter fontes, fortium virorum animo: ac post multum vulnerum, occidioni exenti sunt. Sed perfecto spectaculo apertum aquarum iter, & incuria operis manifesta fuit, haut satis depressi ad lacus ima vel media. Eoque, tempore interiecto, ¹³⁶ altius effossi specus; & contrahendæ rursus multitudini, gladiatorum spectaculum editur, inditis pontibus pedestrem ad pugnam. Quin & conuiuium effluuio lacus appositum magnâ formidine cunctos affecit, quia vis aquarum prorumpens, proxima trahebat, conuulsis vltioribus, aut fragore & sonitu exterritis. Simul Agrippina trepidatione Principis vsa, ministrum operis Narcissum incusat cupidinis, ac prædarû. Nec ille reticet, impotentiam muliebrem nimiasque, spes eius arguens.

Rex Antiochus sedat.

Cap. 56. Naumachia in lacu Fucino.

Magnâ pugnantium copi,

Itemque spectantium.

Cap. 57.

Lacus ipse emissus:

Parum fideliter.

Cap. 58.

A. V. C. DCCCVI. Nero Octauiam ducit.

causâ

C 130. MAGNIFICENTIA OPERIS.] *Quæ ex Eusebij siue Hieronymi notâ in Chronico elucebit.* Claudius, inquit, circa hæc tempora Fucinum lacum exiccavit, vndeim annos triginta hominum millibus sine intermissione operantibus.

131. CIS TIBERIM STAGNO.] *De quo Suetonius:* Edidit nauale prælium, circa Tiberim cauato solo, in quo nunc Cæsarium nemus est.

132. CLAUDIUS TRIREMES.] *Censemus reponi numerum debere, scribimusque,* Claudius centum triremes. Tot enim fuisse, credimus Dion: Oï δὲ ναυμαχίσαντες, inquit, θανάτω καταδικασμένοι ἦσαν, καὶ συνετίοντο ναὺς ἐκάτεροι εἶχον, οἱ μὲρ Ῥόδιοι, οἱ δὲ Σικελοὶ ὀνομαζέμενοι. Si utrimque naues quinquaginta: in vniuersum ergo centum. Idemque numerus in Xiphilino. At ecce Suetonius duodenas dumtaxat nominat. Hoc spectaculo, ait, classis Sicula & Rhodia concurrerunt duodenarum triremium singulæ. Falsò. Omitto Dionem: sed quomodo hominum illa vis in duodenis utrimque nauibus? quando vndeuginti millia pugnasse hanc naualem pugnam Tacitus exprimat diserte. Non ergo abest quin ad Dionis rei que fidem corrigendus Tranquillus sit, quinquagenum triremium.

133. CINCTO RATIBVS AMBITV.] *Quid si, cratibus? aut trabibus? Tale quid substitueris non inuito Dione, qui lacum muro ligneo circumdatum scribit: τείχος τε περιὲν ἢ λίαν ἢ ξύλινον κατασκευάσας, καὶ πύλαι ἐπιπέρας.* Eius ergo quasi Valli tutelæ præpositus Pratorij miles.

134. CLASSIARIJ TECTIS NAVIBVS.] *Ita restitui, pro, rectis. Tectæ naues, idoneæ ad pugnam; αἱ τὰ κατασκευαστὰ ἔχουσαι, uti Thucydides appellat.*

135. AGRIPPINA CHLAMYDE AVRATA.] *Dio etiam Neronem adiungit: Οἱ δὲ Κλαύδιος, δ, τε Νέρονος σεσηπρωκός ἐς ἀλυστάν, ἢ τε Ἀγριππῖνα χλαμύδι διαχρύσω ἐποσμεῖτο.* Plinius: Nos vidimus Agrippinam Claudij principis, edente eo naualis prælij spectaculum, adfidentem ei indutam paludamento, auro textili, siue aliâ materiâ.

136. ALTIUS EFFOSSE SPECVS.] *De laborioso hoc opere vide Plinium libro xxxvi. cap. xv. Quod ante Claudium tamen conceperat D. * Iulius, non inceperat: nec ritè perfecit ipse Claudius, quoniam manus postea admoit & Hadrianus. Spartianus in eius vitâ.*

137 D. IUNIO, Q. HATERIO COSS.] *Non concilio in hac omni narratione Tacitum cum Suetonio. Noster matrimonium cum Octaviâ, causarum dictiones, ad consules refert quos posuit: Suetonius gesto hæc vult toto anno ante, Claudio quintum & Cornelio Orfito Coss. Nec enim de alio Claudij consulatu intellexeris illa: Apud patrem Consulem pro Bononientibus Latinè, & pro Rhodiis atque Ilientibus Græcè verba fecit. Nec multò post duxit vxorem Octauiam. At inter eum consulatum, & hunc Taciti annum, interiecti, Faustus Sulla, & Sabius Otho. Vter verior, mihi sanè non liquet.*

138. ELOQVENTIÆ GLORIA NITESCERET.] *Profectò in Grosstij mei correctionem inclino, notesceret.*

* Suetonio Iulij cap. XLIV.

Ca. 59. agit.

Cap. 59. Statilius Taurus damnatur.

Cap. 60. Procuratorum potestas augetur.

Origo eius potentia.

causâ Iliensium susceptâ, Romanum Troiâ demissum, & Iuliae stirpis auctorem Æneam, aliaque haut procul fabulis vetera facundè exsecutus, ¹³⁹ impetrat ut Ilienses omni publico munere soluerentur. Eodem oratore Bononiensi Coloniae igni haustæ subuentum, centies sestertij largitione. ¹⁴⁰ Redditur Rhodiis libertas, adempta sæpè aut firmata, prout bellis externis meruerant, aut domi seditione deliquerant: tributumque Apamiensibus terræmotu conuulsis, in quinquennium remissum. At Claudius sæuisima quæque promere adigebatur eiusdem Agrippinae artibus, quæ Statilium Taurum opibus illustrem hortis eius inhians peruertit, accusante Tarquutio Prisco. Legatus is Tauri Africam imperio proconsulari regentis, postquam reuenerant, pauca repetundarum crimina, ceterum magicas superstitiones obiecitabat. Nec ille diutiùs falsum accusatorem indignâ sorte perpeffus, vim vitæ suæ attulit, ante sententiam senatus. Tarquitiu tamen curiâ exactus est. quod Patres odio delatoris, contra ambitum Agrippinae peruicere. Eodem anno sæpiùs audita vox Principis, parem vim rerum habendam ¹⁴¹ à procuratoribus suis iudicatarum, ac si ipse statuisset. Ac ne fortuitò prolapsus videretur, Senatus quoque consulto cautum plenius quàm antea & vberius. Nam diuus Augustus apud equitres qui Ægypto præfiderent lege agi, decretaque eorum proinde haberi iusserat, ac si magistratus Romani constituisset: mox alias per prouincias, & ¹⁴² in vrbe pleraque concessa sunt, quæ olim à prætoribus noscebantur. Claudius omne ius tradidit, de quo toties seditione aut armis certatum, cum Sempronis rogationibus equester ordo

139. IMPETRAT UT ILIENSES.] Liber vet. perpetrat, rectè. Sed quid? non iam ante immunes Ilienses? immunes pridem. Primus Alexander, post pugnam ad Granicum amnem, ἐλάθειεν καὶ ἀφοσύνεαν urbem pronuntiauit, ait Strabo in XIIII. Certamen deinde Romanis, in honestandâ vrbe; ut credebant, parente. In federe quod cum Antiocho, immunitas Iliensibus data, & Rheteum ac Gergithum concessa: ut auctor est Linius lib. XXXVIII. Epistola deinde Græca Senatus populique Romani ad Seleucum regem missa (Suetonij verba sunt, Claudij cap. XXV.) amicitiam & societatem ita demum pollicentis, si consanguineos suos Ilienses ab omni onere immunes præstitisset. Sulla etiam, Asiam constituens, eosdem ἐλάθειεν καὶ ἀφοσύνεαν φίλους: Liberos dimisit, & focios amicosque Romanorum scripsit, ait Appianus. An hoc mutatum postea (& sæpè solet) nescio: Iulius quidem Cæsar iterum & agrum, & libertatem dedit, & immunitatem: nec immunitatem Tiberius aut Augustus. Strabo: Καὶ σαρὸν ὁ θεὸς χῶρον τε προσέειπεν ἰωτοῖς, καὶ τὴν ἐλευθερίαν, καὶ τὴν ἀλετρυρησίαν ἂν τοῖς σιωπηλοῖς. καὶ μετὰ τὴν συμβαίνουσαν ἐν τῆτοις. Quis ergo ea abstulit, ut opus fuerit sine reddi à Claudio, seu firmari? An Caligula? nihil lectum. Credo equidem, nemo: sed vel Claudius adiecit aliquid ad immunitatem olim datam, effectumque, ut plenissimâ vterentur, (atque ideò Tacitus scripserit, ut omni publico munere soluerentur, quasi antea non omni:) aut concessâ, sed publicanorum improbitate motâ, sanxit in perpetuum stabiliri. Suetonius: Iliensibus quasi Romanæ gentis auctoribus tributa in perpetuum remisit. Callistratus, De excusat. Iliensibus & propter inclytam nobilitatem ciuitatis, & propter coniunctionem originis Romanæ, iam antiquitus & Senatusconsultis & principum constitutionibus plenissima immunitas tributa est, ut etiam tutelæ excusationem habeant.

140. REDDITUR RHODIIS LIBERTAS.] Adempta nuper ab ipso Claudio, propter ciues quos-

dam Romanos in crucem actos, ut notat Dio. Sed restituta, orante Nerone. cuius honori iure Epigramma illud adfero, quod nomine Antiphili legitur primo Anthologiae, εἰς νήσους. Nec enim aliò spectat, quàm ad hoc factum.

Ὡς πάρος ἀεὶ λῆς, νῦν Καίσαρος ἢ Ρόδος εἶμι Νᾶσος, ἴσον δ' ἄνωχ' ἀφ' ἀμφοτέρων. Ἡ δὲ σθένυ μύσαν με, νῆα κατεφώτισεν ἀκτίς Ἀλῆς, καὶ ὄψα' σὸν φέηρος ἔλαμψε Νέερον. Πῶς εἶπω; τῆνι μᾶλλον ὀφείλομαι; ὅς μὲν ἔδειξεν Ἐξ ἀλός, ὅς δ' ἦδη ρύσατο δυομύλων.

Argutum Epigramma. & comparat Neronem eccum Sole. quia ut ille Rhodum retexit radius fecitque oriri; sic iste pressam & occidentem restituit, reduxitque in lucem.

141. A PROCURATORIBVS SVIS IVDICATVRVM.] Defunguntur vulgò leniter interpretatione huius loci, & alterius Suetoniani comparis: Ut rata essent quæ Procuratores sui in iudicando statuerent, à Senatu precariò exegit. Referunt enim ad Procuratores rei familiaris in prouinciis: quibus datum nunc ius volunt cognoscendi statuendique, inter priuatos & fiscum, in re pecuniaria quidem: non enim criminum. argumento l. I. C. Si aduers. ff. l. VIII. §. Transactiones. De transact. l. I. C. De iurisd. omn. iudic. Itaque non aliud Tacitum tam longâ & querulâ oratione indignari, quàm iurisdictionem Procuratoribus mandatam in re & causâ fiscali pecuniaria: eorumque decreta firma à Claudio habita & rata. Sed mihi profectò, & credo, Tacito aliam mens est. cui lucem dare conamur in EXCVRS B.

142. IN VRBE PLERAQUE CONCESSA.] In vrbe Equitibus Romanis latè datum ius. uti ab Augusto Mecenati in Præfecturâ vrbis, uti Præfecto Pretorio semper: quia is ex Equite ad tempora Vespasiani. Sed & Procuratoribus Cæsaris in vrbe aliquod ius, extra res fisci. Vlpianus: Frequens est etiam legis Fabiæ cognitio in tribunalibus Præfidum: quamquam quidam Procuratores Cæsaris vsurpauerint, quàm Romæ tam in prouinciis.

A ordo in possessione iudiciorum locaretur, aut rursus ¹⁴³ Serviliae leges senatui iudicia redderent. Mariusque & Sylla olim de eo vel praecipue bellarunt. Sed tunc Ordinum diversa studia: & qui vicerant, publice valebant. C. Oppius & Cornelius Balbus primi Caesaris opibus potuere conditiones pacis & arbitria belli tractare. ¹⁴⁴ Matios posthac & Vedios, & cetera equitum Romanorum praualida nomina, referre nihil attinuerit; cum Claudius ¹⁴⁵ libertos, quos rei familiari praefecerat, sibi que & legibus adaequaverit.

Rettulit dein de immunitate Cois tribuenda. Multaque super antiquitate eorum memoravit: ¹⁴⁶ Argivos vel cum Latonae parente, vetustissimos insulae cultores: mox adventu Aesculapij artem medendi illatam, maximeque inter posteros eius celebrem fuisse, nomina singulorum referens, & quibus quisque aetatibus viguissent. Quin etiam dixit Xenophontem, cuius scientiam ipse vteretur, eadem familiam ortum: precibusque eius dandum, ut omni tributo vacui in posterum Coi, sacrae & tantum dei ministram insulam colerent. neque dubium habetur, multa eorundem in Pop Rom merita, socialique

B victorias potuisse tradi. Sed Claudius facilitate solitam, quod vni concesserat, nullis extrinsecus adiumentis velavit. At Byzantij, data dicendi copia, cum magnitudinem onerum apud senatum deprecarentur, cuncta repetuere; orsi a foedere quod nobiscum ierant, qua tempestate bellavimus adversus regem Macedonum, cui ut degeneri, Pseudophilippi vocabulum impositum. ¹⁴⁷ Missas posthac copias in Antiochum, Persen, Aristonicum, & piratico bello ¹⁴⁸ adiutum Antonium. memorabantque quae Sullae, aut Lucullo, aut Pompeio obtulissent. Mox recentia in Caesaris merita. quando ea loca infiderent, quae transmeantibus terram marique ducibus, exercitiisque, simul vehendo com meatu opportuna forent. Namque artissimo inter Europam Asiamque diuortio, Byzantium in extremam Europam ¹⁴⁹ posuere Graeci. quibus Pythium Apollinem consulentibus ubi conderent urbem, redditum oraculum est: *quererent sedem, caecorum terris*

Cap. 61.
Coi immunitas data.

Cap. 62.
Byzantij urbanis tributis postulant.

Cap. 63.
Iturum portum eius oppidis

aduer-

C 143. SERVILIAE LEGES.] Plures eo nomine: sed una Iudiciaria, quam tulit Q. Servilius Caeppio Consul. de qua Cicero scripsit, & Asconius.

144. MATIOS POSTHAC ET VEDIOS.] Vedium intellegit Pollionem, & C. sine Cn. Matium. Etsi libri hic omnes inepte, Macchyos, vel, Mathios. C. Matij, qui inter amicos Iulij Caesaris, mentio Suetonij cap. LII. Quae scire C. Matium, C. Oppium reliquosque Caesaris amicos. item Ciceroni ad Trebatium: Quod in C. Matij suavisissimi doctissimi que hominis familiaritatem venisti. Et quia Cicero elogio doctissimi ornat, censui olim eundem esse cum illo qui Mimiambo & Iliada scripsit, quem Agellius Macrobiusque laudant, ut hominem impense doctum. Sed tamen cum Cn. prae nomine: uti & apud Plinium Cn. Matius legitur inter amicos Augusti, lib. XII. Cn. Matius ex equestri ordine diu Augusti amicus. Qui fortasse alius ab illo primo, & de quo hic sermo. In lapide quodam geminata littera sculptum legi P. MATTIVS. CHARITON.

D 145. LIBERTOS, QUOS REI FAMILIARI.] Iuvare videtur eos qui Claudianum scitum ad Rationales tantum referunt. Frustra. Procuratores enim omnes primo rei familiari siue fisco praefecti, sed imago imperij quibusdam adiuncta.

146. ARGIVOS VEL CUM LATONAE PARENTE.] Certissima emendatio est & elegantis ingenij clara index, quam a Iosia Mercero accepi: Argivos vel Coeum Latonae parentem. Pater enim eius dec

Koios vel Keios. Hesiodus: Φοίβη δ' αὖ Κόϊα πολυήρατον ἦλθεν ἐς εὐνύω, Κουσα μὲν δ' ἤπειτα θεὰ θεῶν ἐν φιλότῃη λιτῶ κυανόπεπλον ἐγείνατο.

147. MISSAS POSTHAC COPIAS.] Quid posthac? ergo Antiochus & Perses post Pseudophilippum? minime, tempore hi anteunt: sed scilicet Byzantij primum, ut validius, foedus memorant, quod tempore Pseudophilippi coit: tum addunt de Auxiliis varie latis. Itaque posthac, non tempus rei gestae, sed dicta notat. Malim tamen, post haec, eo sensu.

148. ADIVTVM ANTONIVM.] Catio non de celebri notio, Antonio, qui Triumvir: sed de M. Antonio, qui curator orae maritimae cum infinito imperio, sub initia Piratici belli, de quo illud Sallustij innotuit, M. Antonius perdundae pecuniae genitus, vacuusque a curis nisi instantibus. Vide Ciceronem, & Asconium, in Verrem.

149. POSVERE GRAECI.] Pleraque Historia Spartanis adscribit conditam hanc nobilem urbem, & fatalem imperiorum sedem. Iustinus & Isidorus a Pausania rege; Claudianus a Byzante quodam non obscure exstructam vult: in Eutropium lib. II.

— hoc Byzas Constantinusque videbunt? In Ioanne Sarisberiensis de nugis Curialium (in quo centone multos pannos purpure agnosco, & fragmenta cui melioris) lego: Chilon Lacedaemonius iungendae societatis causam missus Corinthum, duces & seniores populi ludentes inuenit in alea. Infecto

Et ab eo nomen ipsi insulae datum. Huic ipsi rei Gryphus in Athenaei x. ex veteri carmine:

— μήτηρ δ' ἔστιν ἀριθμοῖο παῖς: numeri mihi filia mater. Significatur Latona, inquit Athenaeus, Coei filia: quia Macedones Numerum, Coeum agnominant. At de Xenophonte quod additur, est ille medicus, cuius Diogeni Laertio mentio in fine Xenophontis Socratici: Τέλειος, ἰατρός Κόϊος.

147. MISSAS POSTHAC COPIAS.] Quid posthac? ergo Antiochus & Perses post Pseudophilippum? minime, tempore hi anteunt: sed scilicet Byzantij primum, ut validius, foedus memorant, quod tempore Pseudophilippi coit: tum addunt de Auxiliis varie latis. Itaque posthac, non tempus rei gestae, sed dicta notat. Malim tamen, post haec, eo sensu.

148. ADIVTVM ANTONIVM.] Catio non de celebri notio, Antonio, qui Triumvir: sed de M. Antonio, qui curator orae maritimae cum infinito imperio, sub initia Piratici belli, de quo illud Sallustij innotuit, M. Antonius perdundae pecuniae genitus, vacuusque a curis nisi instantibus. Vide Ciceronem, & Asconium, in Verrem.

149. POSVERE GRAECI.] Pleraque Historia Spartanis adscribit conditam hanc nobilem urbem, & fatalem imperiorum sedem. Iustinus & Isidorus a Pausania rege; Claudianus a Byzante quodam non obscure exstructam vult: in Eutropium lib. II.

— hoc Byzas Constantinusque videbunt? In Ioanne Sarisberiensis de nugis Curialium (in quo centone multos pannos purpure agnosco, & fragmenta cui melioris) lego: Chilon Lacedaemonius iungendae societatis causam missus Corinthum, duces & seniores populi ludentes inuenit in alea. Infecto

Cap. 64.
A. V. C.
DCCCVII.
Prodigia
in ult. Clau-
diana necis.

aduersam. Eâ ambage Chalcedonij monstrabantur, quod priores illuc aduecti, ¹⁵⁰ præ- A
uisâ locorum vtilitate, peiora legissent. Quippe Byzantium fertili solo, secundoque ma-
ri. quia ¹⁵¹ vis piscium in Pontum erumpens, & ¹⁵² obliquis subter vndas faxis exter-
rita, omisso alterius litoris flexu, hos ad portus defertur. Vnde primò quæstuosi & opu-
lenti; post magnitudine onerum vrgente, finem aut modum orabant, annitente Princi-
pe, qui ¹⁵³ Thracio Bosphoranoque bello recens fessos iuuandosque rettulit. Ira tributa
in quinquennium remissa. M. Asinio, M. Acilio Coss. mutationem rerum in dete-
rius portendi, cognitum est crebris prodigiis. Signa enim ac tentoria militum igne cæ-
lesti arserunt. Fastigio Capitolij ¹⁵⁴ examen apum infedit. Biformes hominum partus. Et
fuis

itaque negotio reuersus est, dicens se nolle glo-
riam Spartanorum, quorum virtus constructo
Byzantio clarescebat, hac maculare infamiâ, vt
dicerentur cum aleatoribus contraxisse societa-
tem. At alij non conditam à Pausaniâ, sed saltem expu-
gnatam tradiderunt, inter quos Aemilius Probus: Am-
miano verò est Atticorum colonia lib. XXII.

150. PRÆVISA LOCORVM UTILITATE.] Ad
sententiam fortasse aptius, parum visâ locorum
vtilitate. Ideò enim cæci, oraculo dicti. Apud Strabo-
nem denarrata tota res, lib. VII. Τὸν Ἀπόλλων, inquit,
φασὶ τοῖς κτίσασσι τὸ Βυζάντιον ὑπερθεῖν, μετὰ τὴν ὑπὸ
Μεγαρέων Χαλκηδόνος κτίσιν, χρησιμεύοντι οὖν,
περὶ ἄξια ποιήσασθαι τὴν ἰσχυρίαν ἀπ' ἐναντίον τῆς τυ-
φλῶν. τυφλὸς καλῆσαντα τὴν Χαλκηδόνος, ὅτι περὶ
τῆσιν ἀλευσάντας εἰς τὰς τόπους ἀφίντες τὴν ὑπερθεῖν
καταχεῖν, ποσῶτον πολυὺν ἔχουσιν, εἴλοντο ἢ λυπερ-
τέραν. Habes eadem in Herodoto, libro IV. nisi quòd
illic dictum hoc & scomma in Chalcedonios Mega-
byzo Satrapæ tribuit. Septemdecim autem annis con-
ditam Chalcedona ante Byzantium, ibidem etiam tra-
ditum.

151. VIS PISCIVM IN PONTVM.] Falsa le-
ctio: damnata ab historiâ, & à libris. Nam libri
omnes, vis piscium in Metapontum erumpens. Ex
quis verè corriges, vis piscium innumera Pontum
erumpens. Ita scilicet res est: copia ista piscium (Pe-
lamydes sunt) non intrantes è mari Aegeo Pontum,
vt vulgata lectio suadet, sed exeuntes erumpentesque
capiuntur. Fatura enim eorum in paludibus Meotidis
est; atque inde adulti, grege facto, Pontum Pro-
pontidemque intrant. atque ibi captura. Strabo clarè
lib. VII. super hac ipsâ re atque pisce: Γέννηται οὖν τὸ
ζῷον, (Pelamydem intellegit) ἐν τοῖς ἐλασι τῆς Μαω-
πίδος. ἰσχύσαν δὲ μικρὸν, ἐκπλήθει δὲ τὸ εὐμαρτος
ἀγελήδον, καὶ φέρεται ὡς ἂν Ἀσιανῶν ἦτονα μεχρὶ
Τραπέζωντος καὶ Φαρνακίας. Et post pauca addit:
Ἐπειδὴν δὲ ἦδ' ἡ συνάφη ταῖς Κυνάαις, καὶ ὡς ἀλλὰ ἔ-
ταυτας, ἐκ τῆς Χαλκηδονιακῆς ἀκτῆς λούκη τις πῶ-
τερον παραπίπασα φοβεῖ τὸ ζῷον, ὡς τ' εὐδύς ὅπι-
πασίαν ἔπιπασα. ὡς ἀλλὰ δὲ ὁ ἐνταῦθα πῶς
ἀμα καὶ τῆς τόπων ἐφυάν ὄντων περὶ τὸ τ' ἐκεῖ ροῦν
τ' ἀλαττικῆς, ὅτι τὸ Βυζάντιον καὶ τὸ περὶ ἑαυτὸ κέρας
τετραπύδα φυσικῶς, συνελάνεται δ' εὖρος, καὶ παρὲν
χει τοῖς Βυζαντίοις καὶ τῶν δ' ἡμῶν τῶν Ρωμαίων περὶ
σοδὸν ἀξιόλογον. Eademque, ex Aristotele colliges li-
bro VIII. De Historiâ animalium, cap. XIII. Pliniani
codicis mendam non sileo in hac narratione lib. IX.
cap. XV. Est in Euripo, ait, Thracij Bospori, in ipsis
Europam Asiamque separantis freti angustias, sa-
xum miri candoris, à vado ad summa perlucens,
iuxta Chalcedonem in latere Asiae. Huius adspe-

ctu repente territi, semper aduersum Byzantij pro-
montorium, ex eâ causâ appellatum Chrysoce-
ras, præcipiti petunt agmine. Itaque omnis ca-
ptura Byzantij est; magnâ Chalcedonis penuriâ. B
Opperiuntur autem Aquilonis flatum; vt secun-
do fluctu exeant è Ponto: nec nisi intrantes Pon-
tum Byzantij capiuntur. Quid? non capiuntur nisi
intrantes Pontum? contra ante dixit, capi exeuntes
è Ponto, non intrantes. quod verissimum est. Itaque
alij vice Ponti, Propontidem substituunt: Pincia-
nus totum locum rescribit confidentius, nec nisi in-
fantes tunc Byzantij capiuntur. Fortasse verius,
simplicius certe, intrantes portum Byzantij, vt ad
ipsum oppidum, & in portu fuerit ea captura. Nam
cornu illud, ad quod deferebantur, fuit περὶ τὸ
Βυζάντιον τεῖχος, vt Strabo ait: imò, vt Plinius, in
ipso illo promontorio, quod Cornu vocant, Byzantium
urbs. Atque ibi in multos sinus scissum, tamquam
ramos (eis εἰς ἐμπύπασα ἢ ἀνταμύς ἀλίσκη) faciebat C
urbi illi portum. Strabonem vide.

ADD. Ad correctionem nostram, & exitum pi-
scium è Ponto, facit valde Sallustij locus, apud Ser-
uium lib. IV. & Iuuenalis interpretem Sat. IV. Quâ
tempestate vis piscium Ponto erumpit. Tamen, ne
callide disimulem, vulgatam lectionem D. Ambrosius
affirmare videtur, Hexaem. libro V. capite X. Pisces,
inquit, ex plurimis locis, à diuerso sinu maris, in-
numeri, velut communi consilio conuenientes,
coniuncto agmine flatus Aquilonis petunt, & ad
illud Septemtrionalium mare partium quadam
naturæ lege contendunt. Dicas, si ascendentem vi-
deas, rheuma quoddam esse. ita prouunt, fluctus-
que interfecant; per Propontidem in Euxinum
Pontum violento impetu profluentes. Sed mox ad-
dit, ingruente hieme, & postquam ibi fatificauerint,
immenso agmine regredi. Vide locum: & utramvis le-
ctionem defendi posse, tu defendes. D

152. OBLIQUIS SVBTER VNDAS.] Querunt,
quæ hæc saxa obliqua? Ego dicam. è littore Chalce-
donis saxa à latere se ostendunt, & velut ex trans-
uerso (Straboni scriptum) atque ea igitur fugiunt. At
Franciscus Medices, quia Strabo idem & Plinius can-
didum saxum id dicunt, vellet hic legi, albis, vel al-
bidis, pro voce, obliquis. Vellem & ego hominis caus-
sâ. quis enim Musicus Medices non amet? sed non pos-
sum hanc per audacem comiecturam.

153. THRACIO BOSPHORANOQUE BELLO.]
Thracium bellum intellegit, quod cum Thracibus mon-
tanis gestum, duce Poppæo Sabino; Bosphorum, quod
cum rege Mithridate. De illo, noster lib. IV. de hoc su-
prâ, isto ipso libro.

154. EXAMEN APVM.] Quod semper inter
portenta:

A suis fetus editus, cui accipitrum vngues erant. Numerabatur inter ostenta, diminutus omnium magistratuum numerus, quaestore, aedili, tribuno, ac praetore, & consule, paucos intra menses defunctis. Sed in praecipuo pauore Agrippina vocem Claudij, quam remulentus iecerat, fatale sibi, vt coniugum flagitia ferret, dein puniret, metuens, agere & celerare statuit, ¹⁵⁵ perditâ prius Domitiâ leuibus & muliebribus causis: quia Lepida ¹⁵⁶ minore Antoniâ genita, auunculo Augusto, ¹⁵⁷ Agrippinae sobrinâ prior, ac Gnei mariti eius soror, parem sibi claritudinem credebat. nec forma, aetas, opes multum distabant. & vtraque ¹⁵⁸ impudica, infamis, vinolenta, haut minus vitiiis aemulabantur quàm si qua ex fortunâ prospera acceperant. Enimuerò certamen acerrimum, amita potius an mater apud Neronem praevaleret. Nam Lepida blandimentis & largitionibus iuuenilem animum deuinciebat; truci contra ac minaci Agrippinâ, quæ filio dare imperium, tolerare imperitantem nequibat. Ceterum obiecta sunt ¹⁵⁹ quòd coniugium Principis deuotionibus petiuisset, quodque parum coërcitis per Calabriam seruorum agminibus pacem Italiae turbaret. Ob hæc mors indicta, multum aduersante Narcisso, qui Agrippinam magis magisque suspectans, promississe inter proximos ferebatur, certam sibi perniciem, seu Britannicus rerum, seu Nero potiretur. Verum ita de se meritum Casarem, vt vitam vsui eius impenderet. Conuictam Messallinam & Silium. ¹⁶⁰ Pares iterum accusandi causas esse, si Nero imperitaret. Britannico successore, nullum Principi meritum, ac nouerca insidiis domum omnem conuelli, maiore flagitio, quàm si impudicitiam prioris coniugis reticuisset. quamquam ne impudicitiam quidem nunc abesse, Pallante adultero. ne quis ambigat, decus pudorem, corpus, cuncta regno viliora habere. Hæc atque talia dictitans, amplecti Britannicum, robur ætatis quàm maturimum precari: modò ad deos, modò ad ipsum tendere manus, adolesceret, patris inimicos depelleret: matris etiam interfectores vlcisceretur. In tantâ mole curarum, Claudius valetudine aduersâ corripitur, refouendisque viribus mollitie cæli & salubritate aquarum, ¹⁶¹ Sinuessam pergit. Tum Agrippina sceleris olim certa, & oblatæ occasionis propera, nec ministrorum egens, de genere veneni consultauit: ne repentino & præcipiti facinus proderetur; si lentum & tabidum dilegisset; ne ad-

Agrippina in Lepidam aemulatio. Virtusque mores.

Cap. 65. Hac accusata: Et ad mortem acta.

Narcissi libera voces.

Qui Britannico fidus.

Cap. 66. Claudius aegrotat.

portenta: cum visum loco insolenti. Silium Italicum emendari velim libro VIII. de prodigiis quæ ante pugnam Cannensem:

Obseditque frequens castrorum limina bubo: Nec deniæ trepidis absunt se inuoluere nubes Cessaruntque aquilis: non vnus crine corusco Regnorum euerfor rubuit lethale cometes.

scribitur:

Nec densæ trepidis apium se inuoluere nubes Cessarunt aquilis. Nubes apium, examina vocat, quæ insederunt signa. Quod sequitur, Suis fetus editus, libris omnibus erat, ferum editum: & fortasse nominandi casu sic dixerint etiam antiqui.

D 155. PERDITA PRIUS DOMITIA.] Nemo tam inconspicuum in legendo, qui vitium non videat male herentis & incohibilis orationis. Domitia, inquit, perditâ est: & subdit quasi de aliâ, quia inter Lepidam & Agrippinam aemulatio exercebatur. Corrige verò, & reduc aberrantem vocem: perditâ prius Domitiâ Lepidâ leuibus & muliebribus causis: quia minore Antoniâ genita. Scilicet Cn. Domitio duas fuisse filias, quarum vtraque Domitia gentis nomine dicta: sed minor, de quâ hic, discriminandi causâ, cum Lepidæ cognomine. Ea nunc ad mortem adacta. Suetonius Nerone, cap. VII. Amitam Lepidam ream testimonio coram affixit, gratificans matriâ quâ rea premebatur. At Domitia altera superuixit, & mentio eius lib. XIII. est, veneno sublata à Nerone, paullo post mortem matris. Vide Suetonium Ner. cap. XXXIV. & Xiphilinum.

156. MINORE ANTONIA GENITA.] Culpant me, quod non scripserim, maiore. Non me, sed Tacitum. Ita enim iterum sensit scriptiq, noster lib. IV. Annal. Cn. Domitius electus, cui minor Antonia Octauia genita in matrimonium daretur. At enim Suetonius & Plutarchus aliter. Quid ergo? nouum est, vt dissensus aliquis scriptorum sit? Et tamen Plutarchus clarè id non dicit: clarè Suetonius, fateor, plus vno loco, sed cur arbiter ego inter eos sim? Soluo me iudicatu isto; & bono veteriq, ritu, iuro mihi non liquere.

157. AGRIPPINÆ SOBRINA PRIOR.] Sine quod Iurisconsulti suggerunt, sobrinâ propior: etsi eadem vis alteri illi vocule. Lepida autem Germanico patri Agrippinae, consobrina fuit. Filia ergo Germanici, Lepida sobrinâ propior. Res satis clara ex Stemmate nostro Augusti.

158. IMPVDICA, INFAMIS, VINOLENTA.] Malim, violenta: vt superba & commota animo vtraque fuerit. De vini notâ nihil legi.

159. QVOD CONIUGIVM PRINCIPIS.] Id est, coniugem. Nam vt Claudij coniugium ipsa ambierit, non lectum. Abusa ergo vetitis artibus ad perniciem Agrippinae. Sic Seruitium pro seruo, & matrimonium pro matrona * alibi notauit, & Clientelas pro clientibus in Tacito.

160. PARES ITERVM ACCVSANDI.] Ita hæc distinguenda sunt: etsi suspecta mendi.

161. SINUESSAM PERGIT.] Sinuessana aque lib. I. Histor. & Plinio lib. XXXI. commendata, ob vim quamdam salubrem.

* In Liuiio lib. X. Et conuocatis plebeis matrimonii, conque fita de iniuriâ patriciarum, &c.

ne admotus supremis Claudius, & dolo intellecto, ad amorem filij rediret. Exquisitum A aliquid placebat, quod turbaret mentem, & mortem differret. Diligitur artifex talium, vocabulo Locusta, nuper veneficij damnata, & diu inter instrumenta regni habita. Eius mulieris ingenio paratum virus, cuius minister è spadonibus fuit Halotus, ¹⁶² inferre epulas, & explorare gustu solitus. Adeoque cuncta mox pernotuere, vt temporum illorum scriptores prodiderint, infusum delectabili cibo boletorum venenum; nec vim medicaminis statim intellectam, secordiáne Claudij an vinolentiâ. simul soluta alius subuenisse videbatur. Igitur exterrita Agrippina, & quando vltima timebantur, spretâ præsentium inuidiâ, prouisam iam sibi Xenophontis medici conscientiam adhibet. Ille tamquam nisus euomentis adiuuaret, pinnam rapido veneno illitam faucibus eius demisisse creditur: haut ignarus summa scelera incipi cum periculo, peragi cum præmio.

Cap. 67.
Boletis cum
sanat Agrippina.

Vocabatur interim senatus, vota que pro incolumitate Principis consules & sacerdotes nuncupabant, cum iam exanimis vestibibus & fomentis obtegeretur, dum res firmando Neronis imperio componuntur. Iam primùm Agrippina, velut dolore victa & solatia B conquirens, tenere amplexu Britannicum, veram paterni oris effigiem appellare, ac variis artibus demorari, ne cubiculo egrederetur. Antoniam quoque & Octauiam sorores eius attinuit, & cunctos aditus custodiis clauserat; crebroque vulgabat, ire in melius valetudinem Principis, quo miles bonâ in spe ageret, tempusque prosperum ex monitis Chaldæorum * attentaret. Tunc medio diei, tertio ante idus Octob. foribus palatij repentè diductis, comitante Burrho Nero egreditur ad cohortem, quæ more militiæ excubiis adest. ibi monente Præfecto, festis vocibus exceptus, inditur lecticæ. Dubitauisse quosdam ferunt respectantes, rogitantesque vbi Britannicus esset? mox nullo in diuersum auctore, quæ offerebantur secuti sunt. Illatusque castris Nero, & congruentia tempori præfatus, promisso donatiuo, ¹⁶³ ad exemplum paternæ largitionis, Imperator consalutatur. Sententiam militum secuta Patrum consulta. nec dubitatum est apud prouincias. Cælestesque honores Claudio decernuntur, & funeris solenne perinde ac diuo Augusto celebratur: æmulante Agrippinâ proauix Liuiæ magnificentiam. Testamen- C tum tamen haut recitatum, ne antepositus filio priuignus, iniuriâ & inuidiâ animos vulgi turbaret.

Cap. 68.
Mors celebratur.

Cap. 69.
* Quidam scripti, aduentaret. Imperium Neroni traditur.

Claudio funus, & consecratio.

162. INFERRE EPULAS, ET EXPLORARE] Sic lib. XIII. Quia cibos potusque eius dilectus ex ministris explorabat. Cui id munus, is passim in lapidibus dicitur, Prægustator: in quodam etiam, A. PORTIONE. Athenæus lib. IV. Οὐ νεώ καλῶσιν οἱ Ῥωμαῖοι ἀεργεῖσιν, τότε οἱ Ἕλληες ἀεργεῖσιν ἀνόμαζον. Mos qui liberâ rep. ignotus Romanis: quem tamen cepisse conicio ab Augusto, non vano argumento lapidis qui Romæ:

GENIO
CÆLI. HERODIAN.
PRÆGUSTATOR
DIVI AVGVSTI
IDEM. POSTEA. VILICVS. IN
HORTIS SALLVSTIANIS
DECESSIT. NONIS. AVGVSTIS
M. COCCEIO. NERVA
C. VIBIO. RVFINO COSS.

Tenuitq. Tiberius, de quo lego: TI. CLAVDIVS. FLAMMA. CLAVSVS. TI. AVG. PRÆGUSTATOR. & deinceps alij. Traductum morem opinor à Persis maxime, de quibus Xenophon lib. I. παυδείας. Οἱ τ βασιλέων οἰνοχόοι, ἐπειδὴν ἐνδιδάσει τὸν φιάλῃ, ἀξύναντες δὲ αὐτῆς τῷ κνᾶθῳ, εἰς τὸν ἀεργεῖαν χεῖρα ἐκχεῖσθαι, καταρροφῶσιν, τὸ δὲ εἰ φάρμακα ἐγχείοιεν, μὴ λυσitteλεῖν αὐτοῖς. Vbi & ritum habes prægustandi.

163. ADEXEMPLVM PATERNÆ LARGITIONIS.] Promisit ergo viritum quinadena sestertia. vt Suetonius in Claudio expressit cap. x. siue vt Iosephus, quina millia drachmarum: quæ sunt Sestertia vicena, siue nobis quingenti Philippæi. Nam quod olim ex Dione dixi, de centenis nummis, erravi. ea enim donatio à Claudio usurpata singulis deinceps natalibus imperij sui. D

C. COR.